C. C. SALLUSTII

OPERA OMNIA.

C. C. Sallustius

Sämmtliche Werke.

übersetzt

von

Johann Christoph Schlüter.

Zweyter Band.

Wien 1800

bey Joseph Oehler.

C. C. SALLUSTII
OPERA OMNIA.

C. C. Sallustius
Sämmtliche Werke.

übersetzt
von
Johann Christoph Schlüter.

Zweyter Band.

Wien 1800
bey Joseph Oehler.

BELLUM IUGURTHINUM.

C. Crispus Sallustius Jugurthinischer Krieg.

1.

Falso queritur de natura sua genus humanum, quod imbecilla atque aevi brevis forte potius, quam virtute regatur. Nam contra, reputando, neque maius aliud, neque praestabilius invenias; magisque naturae industriam hominum, quam vim aut tempus deesse. Sed dux atque imperator vitae mortalium animus. Qui ubi ad gloriam virtutis via grassatur, abunde pollens potensque et clarus est, neque fortunae eget: quippe probitatem, industriam, alias artes bonas, neque dare neque eripere cuiquam potest. Sin captus pravis cupidinibus, ad inertiam et voluptates corporis pessum datus, est perniciosa lubidine paulisper usus: ubi per secordiam vires, tempus, ingenium defluxere; naturae infirmitas accusatur: suam quisque culpam auctores ad negotia transferunt. Quodsi hominibus bonarum rerum tanta cura esset, quanto studio aliena ac nihil profu-

1.

Fälschlich klagt das Menschengeschlecht über seine Natur, daß sie schwach und von kurzer Dauer, mehr durch's Ohngefähr als durch Selbstkraft bestimmt werde. Denn im Gegentheil wird man beym reifern Erwägen finden, daß nichts größer und vortrefflicher sey, und daß der Menschennatur mehr Pflege, als Kraft und Zeit fehle. Der Führer und Beherrscher des Lebens der Sterblichen ist der Geist. Wo dieser die Bahn des Verdienstes zum Ruhme wandelt, da ist er genugsam vermögend, mächtig und trefflich; bedarf des Glückes nicht, als welches Rechtschaffenheit, Thätigkeit und andre Fähigkeiten weder geben, noch rauben kann. Ist er er aber durch böse Lüste gefesselt, der Trägheit und den sinnlichen Vergnügen dahin gegeben; so genießt er eine Weile der verderblichen Wollust: sind dann durch Unbesonnenheit Kräfte, Zeit und Anlage dahin; so klagt man die Schwäche der Natur an: Jeder trägt das Selbstverschuldete auf Vorfälle über. Hätten die Menschen eben so viel Sorge für's Gute, als

tura, multumque etiam periculosa, petunt: neque regerentur magis, quam regerent casus; et eo magnitudinis procederent, ubi pro mortalibus gloria aeterni fierent.

2.

Nam uti genus hominum compositum ex anima et corpore: ita res cunctae studiaque omnia nostra, corpus alia, alia animi naturam sequuntur. Igitur praeclara facies, magnae divitiae, ad hoc vis corporis, alia huiuscemodi omnia brevi dilabuntur: at ingenii egregia facinora, sicuti anima, immortalia sunt. Postremo corporis et fortunae bonorum, uti initium, finis est; omniaque orta occidunt, et aucta senescunt: animus incorruptus, aeternus, rector humani generis, agit atque habet cuncta, neque ipse habetur. Quo magis pravitas eorum admiranda est, qui, dediti corporis gaudiis, per luxum atque ignaviam aetatem agunt; ceterum ingenium, quo neque melius, neque amplius aliud in natura mortalium est, incultu atque secordia torpescere sinunt: quum praesertim tam multae variaeque sint artes animi, quibus summa claritudo paratur.

sie mit Eifer nach fremden, unnützen und oft gefährlichen Dingen streben; so würden sie nicht so sehr beherrscht, als sie den Zufall beherrschen, und bis zu jener Größe gelangen, wo sie, Sterbliche zwar, doch an Ruhm unsterblich würden.

2.

Denn so wie der Mensch aus Seele und Körper besteht, so folgen alle Dinge und all' unser Thun entweder der Natur des Körpers oder des Geistes. Schöne Gestalt, Reichthum, Leibesstärke und Alles der Art fällt in Kurzem dahin; aber vortreffliche Geisteswerke sind, wie der Geist, unsterblich. Körper- und Glücksgüter haben wie Anfang so Ende; alles entstandene geht unter, was gediehen ist, altert. Nur der Geist bleibt unverletzt, ist ewig, Beherrscher des Menschen-Geschlechts, würkt, befaßt alles, und bleibt selbst unbefaßt. Um so mehr muß man sich über die Verkehrtheit derjenigen wundern, die den Körperfreuden ergeben, in Schwelgerey und Unthätigkeit ihr Leben verbringen; den Geist hingegen, das Beste und Gröste in der Natur der Sterblichen, ohne Pflege und fahrlässig hindürren lassen; besonders da es so viele und mannigfaltige Geschäfte des Geistes gibt, wodurch man sich höchste Vortrefflichkeit erwirbt.

3.

Verum ex his magistratus et imperia, postremo omnis cura rerum publicarum, minume mihi hac tempestate cupiunda videntur: quoniam neque virtuti honos datur; neque illi, quibus per fraudem ius fuit, tuti, aut eo magis honesti sunt. Nam vi quidem regere patriam aut parentes, quamquam et possis, et delicta corrigas, tamen importunum est: quum praesertim omnes rerum mutationes caedem, fugam, aliaque hostilia portendant: frustra autem niti, neque aliud se fatigando, nisi odium quaerere, extremae dementiae est: nisi forte quem inhonesta et perniciosa lubido tenet, potentiae paucorum decus atque libertatem suam gratificari.

4.

Ceterum ex aliis negotiis, quae ingenio exercentur, in primis magno usui est memoria rerum gestarum; cuius de virtute quia multi dixere, praetereundum puto; simul, ne per insolentiam quis existumet memet, studium meum laudando, extollere. Atque ego credo fore, qui, quia decrevi procul a republica aetatem agere, tanto tamque utili labori

3.

Doch von diesen scheinen mir obrigkeitliche Aemter, Kriegswürden, kurz, alle Verwaltung des gemeinen Wesens zu dieser Zeit am wenigsten wünschenswerth: weil man dem Verdienste keine Ehre ertheilt, noch die, welche sich ungebürlich eindrängten, sicher, oder dadurch geehrter sind. Denn gewaltthätig Vaterland oder Unterthanen beherrschen, ist, wenn man auch fähig ist, und Fehler bessert, immer mißlich: da zumal alle Umkehrungen Mord, Flucht und andre Feindseligkeiten verkünden. Vergebens aber hinstreben, und durch alles Mühen nichts als Haß erwerben, wäre äußerster Unsinn; oder es besitze dann Jemanden die unedle und heillose Sucht, der Macht einiger wenigen Würde und Freyheit zu opfern.

4.

Uebrigens ist unter andern Beschäftigungen, die der Geist übt, die Geschichte von vorzüglichem Nutzen. Ich meine aber von ihrem Werthe schweigen zu dürfen, weil schon Viele davon geredt haben, und dann, damit nicht Jemand wähne, als wolle ich durch das Lob meines Studiums mich selbst anmaßend erheben. Doch gewart' ich es, einige werden, da ich beschlossen habe, fern von Staatsgeschäften mein Leben hinzubringen, eine

meo nomen inertiae imponant: certe, quibus maxuma industria videtur, salutare plebem, et conviis gratiam quaerere. Qui si reputaverint, et quibus ego temporibus magistratus adeptus sum, et quales viri iidem assequi nequiverint, et postea quae genera hominum in Senatum pervenerint; profecto existumabunt, me magis merito, quam ignavia, iudicium animi mutavisse, maiusque commodum ex otio meo, quam ex aliorum negotiis, reipublicae venturum. Nam saepe audivi, Q. Maxumum, P. Scipionem, praeterea civitatis nostrae praeclaros viros, solitos ita dicere, „cum maiorum imagines intuerentur, „vehementissume sibi animum ad virtutem „accendi". Scilicet „non ceram illam, ne„que figuram tantam vim in sese habere; „sed memoria rerum gestarum eam flammam „egregiis viris in pectore crescere, neque „prius sedari, quam virtus eorum famam at„que gloriam adaequaverit". At contra, quis est omnium his moribus, quin divitiis et sumtibus, non probitate, neque industria cum maioribus suis contendat? etiam homines novi, qui antea per virtutem soliti erant nobilita-

so große und so nützliche Arbeit mit dem Namen der Trägheit belegen: sicher diejenigen, denen es die gröste Betriebsamkeit dünkt, den Pöbel zu grüßen, und durch Gastereyen um Gunst zu werben. Wollten diese bedenken, einmal, zu welchen Zeiten ich obrigkeitliche Würden erhielt; dann, welche Männer zu denselben nicht gelangen konnten, und welcher Schlag Menschen nachher in den Senat kam; wahrlich so werden sie urtheilen, daß ich mehr mit Recht, als aus Trägheit meine Gesinnung geändert habe, und daß dem Staate mehr Vortheil aus meiner Muße, als aus der Geschäftigkeit Anderer zuwachsen werde. Denn ich habe oft gehört, daß Q. Maxumus, P. Scipio und noch andre herrliche Männer unsers Staats zu sagen pflegten: „Wenn sie die Bildnisse der Vorfah„ren anschauten, würden sie ganz für's Vortreff„liche entflammt." Nicht als habe jenes Wachs oder jene Abbildung in sich diese Kraft; sondern das Andenken ihrer Thaten rege diese Flamme im Busen der Edlen, und sie werde nicht eher gedämpft, als bis Eigenwerth den Ruf und den Ruhm derselben ausgleiche. Hingegen wo ist bey der jetzigen Artung unter Allen Einer, der nicht vielmehr durch Reichthum und Aufwand, als durch Rechtschaffenheit und thätiges Würken mit seinen Vorfahren wetteifere? Auch Neuemporgekommene, die ehedem

tem antevenire, furtim et per latrocinia ad imperia et honores nituntur: proinde quasi praetura et consulatus, atque alia omnia huiuscemodi per se ipsa clara, magnifica sint, ac non perinde habeantur, ut eorum, qui sustinent, virtus est. Verum ego liberius altiusque processi, dum me civitatis morum piget taedetque. Nunc ad inceptum redeo.

5.

Bellum scripturus sum, quod populus Romanus cum Iugurtha, rege Numidarum, gessit: primum quia magnum et atrox variaque victoria fuit, dein quia primum superbiae nobilitatis obviam itum est. Quae contentio divina et humana cuncta permiscuit; eoque vecordiae processit, uti studiis civilibus bellum atque vastitas Italiae finem faceret. Sed priusquam huiuscemodi rei initium expedio, pauca supra repetam; quo ad cognoscendum omnia illustria magis, magisque in aperto sint. Bello Punico secundo, quo dux Carthaginiensium Hannibal, post magnitudinem nominis Romani, Italiae opes

durch Verdienst dem Adel es zuvor zu thun suchten, streben verstohlner und räuberischer Weise nach Herrschaft und Ehrenstellen: gleich als hätten Prätur und Konsulat und alles andre dergleichen eigenen Schimmer und Glanz; als gälten sie nicht gerade so viel, wie das Verdienst derjenigen, die sie vertreten. Aber ich habe mich durch Abschweifung zu weit vergangen, aus Verdruß und aus Aerger über die Sitten des Staats. Nun kehre ich zu meinem Vorhaben zurück.

5.

Ich will den Krieg beschreiben, den das römische Volk mit Jugurtha, dem König der Numiden, geführt hat; einmal, weil er groß war, blutig und siegewechselnd, und dann, weil man da zuerst dem Uebermuth des Adels begegnete: ein Streit, der alles Göttliche und Menschliche zusammenwarf, und bis zu jener Raserey gieng, daß Krieg in Italien und dessen Verwüstung den Bürgerpartheyen ein Ende machte. Bevor ich aber dies anhebe, muß ich etwas weiter ausholen, um zur Uebersicht alles klarer und verständlicher zu machen.

Im zweyten punischen Kriege, in welchem Hannibal, Heerführer der Carthaginenser, seit der Größe des römischen Namens der Macht Italiens den grösten Stoß versetzte, hatte der numi-

maxume attriverat, Masinissa rex Numidarum, in amicitiam receptus a P. Scipione, cui postea Africano cognomen ex virtute fuit, multa et praeclara rei militaris facinora fecerat. Ob quae, victis Carthaginiensibus et capto Syphace, cuius in Africa magnum atque late imperium valuit, populus Romanus, quascumque urbes et agros manu ceperat, regi dono dedit. Igitur amicitia Masinissae bona atque honesta nobis permansit: imperii vitaeque eius finis idem fuit. Dein Micipsa filius regnum solus obtinuit, Mastanabale et Gulussa fratribus morbo absumtis. Is Adherbalem et Hiempsalem ex sese genuit; Iugurthamque, Mastanabalis fratris filium, quem Masinissa, quod ortus ex concubina erat, privatum reliquerat, eodem cultu, quo liberos suos, domi habuit.

6.

Qui ubi primum adolevit, pollens viribus, decora facie, sed multo maxume ingenio validus, non se luxui, neque inertiae corrumpendum dedit; sed, uti mos gentis illius est, equitare, iaculari, cursu cum

dische König Masinissa, vom P. Scipio, dem sein Verdienst den Zunamen Africanus gab, zum Freunde aufgenommen, viele und treffliche Kriegsthaten geleistet. Deswegen beschenkte das römische Volk, nach Bezwingung der Carthaginenser und der Gefangennehmung des Syphax, dessen Herrschaft in Africa sich weit und breit erstreckte, den König mit allen Städten und Ländereyen, die er durch's Schwerdt erobert hatte. So blieb uns die Freundschaft des Masinissa, vortheilhaft und rühmlich. Die ungetheilte Herrschaft endigte sich mit seinem Tode. Demnächst fiel das Reich seinem Sohn Micipsa allein zu, indem eine Krankheit dessen Brüder Mastanabal und Gulußa wegnahm. Dieser zeugte den Adherbal und Hiempsal; und dem Jugurtha, einem Sohn seines Bruders Mastanabal, welchen Masinissa, weil er von einem Nebenweibe war, hindangesetzt hatte, ertheilte er im Hause die nämliche Pflege, wie seinen Kindern.

6.

Als dieser aufreifte, kraftvoll, schöngebildet, durchaus aber voll Vermögen am Geiste, gab er sich nicht der entnervenden Ueppigkeit und Trägheit hin; sondern nach Sitte dieser Nation übte er Reiten, Lanzenwurf und Wettlauf mit seines Gleichen: und da er Alle an Ruhm übertraf, war er doch Allen lieb. Außerdem bracht' er die mei-

aequalibus certare: et quum omnes gloria anteiret, omnibus tamen carus esse: ad hoc pleraque tempora in venando agere, leonem atque alias feras primus, aut in primis ferire: plurimum facere, minumum ipse de se loqui. Quibus rebus Micipsa tametsi initio laetus fuerat, existumans virtutem Iugurthae regno suo gloriae fore: tamen, postquam hominem adolescentem, exacta sua aetate, parvis liberis, magis magisque crescere intelligit, vehementer negotio permotus, multa cum animo suo volvebat. Terrebat natura mortalium, avida imperii et praeceps ad explendam animi cupidinem: praeterea opportunitas suaeque et liberorum aetatis, quae etiam mediocres viros spe praedae transversos agit: ad hoc studia Numidarum in Iugurtham accensa; ex quibus, si talem virum interfecisset, ne qua seditio, aut bellum oriretur, anxius erat.

7.

His difficultatibus circumventus ubi videt, neque per vim, neque insidiis opprimi posse hominem tam acceptum popularibus,

ste Zeit mit Jagen zu; streckte, der Erste oder unter den Ersten, den Löwen und andre Thiere nieder; that immer das Meiste, und sprach von sich selbst am wenigsten. Dies freute den Micipsa zwar anfangs, in der Meynung, Jugurtha's Vorzüge würden seinem Reich zum Ruhme dienen. Nachdem er aber, indeß seine Jahre vollendet, seine Kinder noch klein waren, den Jüngling immer mehr zunehmen sah, machte ihm dieser Umstand viel Bedenken, und viel unruhiges Sinnen. Ihn schreckte die Natur der Sterblichen, die gierig nach Herrschaft, und jäh auf die Befriedigung der Leidenschaft ist; dazu die Gelegenheit, die sein und seiner Kinder Alter jenem darbot, welche auch mittelmäßige Männer bey Hoffnung zur Beute auf Abwege treibt; endlich die feurige Ergebenheit der Numiden für den Jugurtha, die ihn, im Fall er solch' einen Mann wegräume, Aufruhr oder Krieg ängstlich besorgen ließ.

7.

Da er, von solchen Schwierigkeiten umgeben, wohl einsah, daß weder gewaltsam noch heimlich ein beym Volke so sehr beliebter Mann könne weggeschaft werden; und weil Jugurtha, ein rüstiger Kämpfer, nach Kriegsruhm durstete, beschloß er, ihn Gefahren Preiß zu stellen, und so das Glück zu versuchen. Als demnach Micipsa im numan-

quod erat Iugurtha manu promtus et appetens gloriae militaris; statuit eum obiectare periculis, et eo modo fortunam tentare. Igitur, bello Numantino, Micipsa, cum populo Romano equitum atque peditum auxilia mitteret, sperans, vel ostentando virtutem, vel hostium saevitia facile occasurum, praefecit Numidis, quos in Hispaniam mittebat. Sed ea res longe aliter, ac ratus erat, evenit. Nam Iugurtha, ut erat impigro atque acri ingenio, ubi naturam P. Scipionis, qui tum Romanis imperator, et morem hostium cognovit; multo labore multaque cura, praeterea modestissume parendo et saepe obviam eundo periculis, in tantam claritudinem brevi pervenerat, ut nostris vehementer carus, Numantinis maxumo terrori esset. Ac sane, quod difficillumum in primis est, et praelio strenuus erat, et bonus consilio: quorum alterum ex providentia timorem, alterum ex audacia temeritatem afferre plerumque solet. Igitur imperator omnes fere res asperas per Iugurtham agere, in amicis habere, magis magisque in dies amplecti: quippe cuius neque consilium, neque inceptum ullum frustra erat. Huc accedebat munificentia animi et ingenii sollertia, quis rebus sibi multos ex Romanis familiari amicitia coniunxerat.

tinischen Kriege den Römern Reuterey und Fußvolk zu Hülfe sandte, machte er ihn, in Hoffnung, er werde entweder durch Begierde sich auszuzeichnen, oder durch die Wuth des Feindes fallen, zum Anführer der Numiden, die er nach Spanien schickte. Aber dies schlug ganz wider sein Erwarten aus. Denn sobald Jugurtha, wie er denn gewendig und scharfsinnig war, den Charakter des P. Scipio und die Weise der Feinde erkannte; so erwarb er sich durch Thätigkeit, Wachsamkeit, durchaus folgsamen Gehorsam und Troß gegen Gefahr in Kurzem einen so ausgezeichneten Ruhm, daß er den Unsrigen sehr lieb, den Numantinern zum grösten Schrecken war. Und gewiß, was vorzüglich schwer ist, er war tapfer in der Schlacht zugleich und wohl überlegend, da doch gemeiniglich in diesem Falle Vorsichtigkeit Furcht, in jenem Kühnheit Verwegenheit hervorbringt. Deswegen ließ der Feldherr fast alle schwierige Unternehmungen durch Jugurtha ausführen; er zählte ihn unter seine Freunde, und gewann ihn täglich lieber: denn nie mislang ihm ein Anschlag oder ein Unterfangen. Hiezu kam noch sein frey offner Sinn und sein aufgeweckter Geist, wodurch er sich viele Römer zu vertrauten Freunden verband.

8.

Ea tempestate in exercitu nostro fuere complures novi atque nobiles, quibus divitiae bono honestoque potiores erant, factiosi, domi potentes, apud socios clari magis, quam honesti: qui Iugurthae non mediocrem animum pollicitando accendebant, „si Mi„cipsa Rex occidisset, fore, uti solus impe„rii Numidiae potiretur: in ipso maxumam „virtutem, Romae omnia venalia esse". Sed postquam, Numantia deleta, P. Scipio dimittere auxilia, ipse reverti domum decrevit; donatum atque laudatum magnifice pro concione Iugurtham in praetorium abduxit: ibique secreto monuit, „uti, potius publice „quam privatim, amicitiam populi R. cole„ret, nec quibus largiri insuesceret: pericu„lose a paucis emi, quod multorum esset. „Si permanere vellet in suis artibus, ultro „illi et gloriam et regnum ventura; sin pro„perantius pergeret, suamet ipsum pecunia „praecipitem casurum".

8.

Zu dieser Zeit waren in unserm Heere sehr viele Neuemporgekommene und vom Adel, denen Reichthum mehr galt, als das Gute und Ehrbare: Rottenführer, mächtig daheim, bey den Bundsgenossen mehr angesehen als geehrt. Diese feuerten den ohnehin schon regen Muth des Jugurtha durch Versprechungen an: „Wenn der König Micipsa stürbe, so würde er sich allein der Herrschaft über Numidien bemächtigen können. Er habe dazu vollvermögende Kraft; in Rom sey Alles feil.“ Wie aber P. Scipio nach der Zerstörung von Numantia die Hilfsvölker entlassen, und selbst wieder heimkehren wollte, beschenkte und pries er auf eine glänzende Art den Jugurtha vor öffentlicher Versammlung, führte ihn sodann in sein Gezelt, und hier ermahnte er ihn insgeheim: „Er solle vielmehr öffentlich als durch Einzelne der Freundschaft des römischen Volkes pflegen, und sich nicht gewöhnen, an Einige zu verspenden. Es sey gefährlich, von Wenigen zu kaufen, was Vielen gehöre. Wo er seine Vorzüge beybehalte, würde ihm von selbst Ruhm und Herrschaft zufallen; gieng' er aber vorschnell zu Werke, so würde sein eigenes Geld ihn stürzen.“

9.

Sic loquutus, cum literis, quas Micipsae redderet, dimisit. Earum sententia haec erat: „Iugurthae tui bello Numantino longe „maxuma virtus fuit: quam rem tibi certe „scio gaudio esse. Nobis ob merita carus „est: uti idem Senatui sit et populo Roma„no, summa ope nitemur. Tibi quidem pro „nostra amicitia gratulor. En habes virum „dignum te atque avo suo Masinissa." Igitur rex, ubi, quae fama acceperat, ex literis imperatoris ita esse cognovit, cum virtute viri, tum gratia permotus, flexit animum suum, et Iugurtham beneficiis vincere aggressus est: statimque adoptavit, et testamento pariter cum filiis heredem instituit. Sed ipse paucos post annos, morbo atque aetate confectus, quum sibi finem vitae adesse intelligeret, coram amicis et cognatis, item Adherbale et Hiempsale filiis, dicitur huiuscemodi verba cum Iugurtha habuisse:

9.

Nach dieser Zurede entließ er ihn mit einem Schreiben an Micipsa folgenden Inhalts:

„Dein Jugurtha hat im numantinischen Krie„ge die ausnehmendste Tapferkeit bewiesen, was „dir gewiß Freude macht. Mir ist er wegen sei„ner Verdienste werth; daß er es auch dem Se„nate und dem römischen Volke sey, werde ich „mich möglichst bestreben. Dir einmal wünsch' ich „gemäß unserer Freundschaft Glück; Du hast da „einen Mann, der Deiner und seines Großva„ters Masinissa würdig ist." Wie also der König, was er bereits durch's Gerücht vernommen, in dem Schreiben des Feldherrn bestätigt fand; da, so wohl durch das Verdienst als die Beliebtheit des Mannes bewogen, änderte er seinen Sinn, und suchte den Jugurtha mit Wohlthaten zu gewinnen: nahm ihn gleich an Kindesstatt auf, und setzte ihn in seinem Vermächtnisse gleichmäßig mit seinen Kindern zum Erben ein. Als er aber wenige Jahre darauf, von Krankheit und Alter aufgerieben, sein Lebensende merkte, soll er vor seinen Freunden und Anverwandten, und ebenfalls in Gegenwart seiner Söhne, Adherbal und Hiempsal, zum Jugurtha also geredet haben:

10.

„Parvum ego, Iugurtha, te, amisso pa-
„tre, sine spe, sine opibus, in meum regnum
„accepi; existumans, non minus me tibi,
„quam liberis, si genuissem, ob beneficia
„carum fore; neque ea res falsum me habu-
„it. Nam ut alia magna et egregia tua omit-
„tam, novissume rediens Numantia meque
„regnumque meum gloria honoravisti: tua
„virtute nobis Romanos ex amicis amicis-
„sumos fecisti: in Hispania nomen familiae
„renovatum: postremo, quod difficillumum
„inter mortales, gloria invidiam vicisti.
„Nunc, quoniam mihi natura vitae finem
„facit, per hanc dextram, per regni fidem
„moneo obtestorque, uti hos, qui tibi ge-
„nere propinqui, beneficio meo fratres sunt,
„caros habeas: neu malis alienos adiunge-
„re, quam sanguine coniunctos retinere. Non
„exercitus, neque thesauri praesidia regni
„sunt; verum amici, quos neque armis co-
„gere, neque auro parare queas: officio et

10.

„Ich habe dich, Jugurtha, als Kind, nach „Verlust des Vaters, ohne Hoffnung, ohne Ver„mögen, in mein Reich aufgenommen; indem ich „dachte, ich werde dir nicht weniger, als mei„nen leiblichen Kindern, wo ich sie zeugte, wegen „dieser Wohlthaten lieb seyn. Auch habe ich mich „darinn nicht geirrt. Denn anderer großen und „trefflichen Thaten zu geschweigen, so hast du „noch neuestens bey deiner Rückkehr von Numan„tia mir und meinem Reiche durch deinen Ruhm „Ehre gemacht; hast durch deine Tapferkeit die „uns vorher schon freundschaftlichen Römer nun „innigst verbunden; in Spanien den Namen un„sers Stammes erneuert: endlich, was unter „den Sterblichen das schwerste ist, durch Ruhm „den Neid besiegt. Itzt, da die Natur meinem „Leben ein Ende macht, ermahne und beschwör' „ich dich bey dieser Rechte, bey der dem Reiche „schuldigen Treue, du wollest Diese, welche durch „ihre Geburt dir nahe, durch meine Wohlthat „deine Brüder sind, lieb haben, und nicht eher „Fremden dich anschließen, als zu denen dich hal„ten, womit dich die Bande des Bluts vereinigen. „Nicht Heere noch Schätze sind Wehren des Reichs; „aber Freunde sind's, die du weder durch Waf„fen erzwingen, noch durch Gold erkaufen kannst.

„fide pariuntur. Quis autem amicior, quam „frater fratri? aut quem alienum fidum in„venies, si tuis hostis fueris? Equidem ego „vobis regnum trado firmum, si boni eri„tis; sin mali, imbecillum. Nam concordia „parvae res crescunt, discordia maxumae „dilabuntur. Ceterum ante hos te, Iugurtha, „qui aetate et sapientia prior es, ne aliter „quid eveniat, providere decet. Nam in om„ni certamine, qui opulentior est, etiam si „accipit iniuriam, quia plus potest, facere „videtur. Vos autem, Adherbal et Hiempsal, „colite, observate talem hunc virum, imita„mini virtutem, et enitimini, ne ego meliores „liberos sumsisse videar, quam genuisse".

11.

Ad ea Iugurtha, tametsi regem ficta loquutum intelligebat, et ipse longe aliter animo agitabat; tamen pro tempore benigne respondit. Micipsa paucis diebus moritur. Postquam illi, more regio, iusta magnifice fecerant reguli, in unum convenere, uti in-

„Nur Diensteifer und Treue erwirbt sie. Wer ist „aber mehr Freund, als der Bruder dem Bruder, „oder wo wirst du einen Fremden dir treu finden, „wenn du den Deinigen feind bist? Ich für mein „Theil überlasse euch ein starkes Reich, wofern „ihr brav, ein schwaches, wo ihr schlecht seyn „werdet. Denn durch Eintracht gedeihen kleine „Dinge, durch Zwietracht zerfallen die grösten. „Du aber, Jugurtha, der du an Alter und rei„fem Verstande jenen zuvor bist, must noch mehr, „als sie, Vorsicht brauchen, daß es nicht anders „ausschlage. Denn bey jedem Streit scheint der „Mächtigere, eben wegen seines größeren Ver„mögens die Unbild zuzufügen, auch wenn er sie „empfängt. Ihr hingegen, Adherbal und Hiemp„sal, habt Liebe und Achtung für diesen, so einen „Mann, ahmt seinem Verdienste nach, und stre„bet dahin, daß ich nicht scheine bessere Kinder „aufgenommen, als gezeugt zu haben."

11.

Wiewohl Jugurtha merkte, daß der König angenommene Worte geredt habe, und er selbst weit etwas anderes im Sinne trieb; so gab er doch für's Gegenwärtige eine gefällige Antwort. Micipsa starb wenige Tage darauf. Nachdem ihn die jungen Könige mit königlicher Pracht zur Erde bestattet hatten, kamen sie zusammen, um über

ter se de cunctis negotiis disceptarent. Sed Hiempsal, qui minumus ex illis, natura ferox, etiam antea ignobilitatem Iugurthae, quia materno genere impar erat, despiciens, dextera Adherbalem assedit: ne medius ex tribus, quod apud Numidas honori ducitur, Iugurtha foret. Dein tamen, uti aetati concederet, fatigatus a fratre, vix in partem alteram transductus est. Ibi quum multa de administrando imperio dissererent, Iugurtha inter alias res iacit, „oportere quinquennii „consulta omnia et decreta rescindi: nam „per ea tempora confectum annis Micipsam „parum animo valuisse". Tum *idem* Hiempsal *placere sibi*, respondit: *nam ipsum illum tribus his proxmis annis adoptatione in regnum pervenisse.* Quod verbum in pectus Iugurthae altius, quam quisquam ratus, descendit. Itaque ex eo tempore ira et metu anxius moliri, parare, atque ea modo animo habere, quibus Hiempsal per dolum caperetur. Quae ubi tardius procedunt, neque lenitur animus ferox; statuit quovis modo inceptum perficere.

alle Angelegenheiten unter einander zu schlichten. Hiempsal aber, der jüngste aus ihnen, welcher, voll unbändigen Trotzes, schon vorher auf den Unadel des Jugurtha, weil er mütterlicher Seite unter ihnen war, verächtlich herabsah, setzte sich zur Rechten Adherbals, damit nicht Jugurtha von ihnen dreyen der mittlere würde, was nämlich bey den Numiden für eine Ehre gilt. Nur auf das Zusetzen seines Bruders, daß er dem Alter weichen müsse, ward er mit Mühe auf die andre Seite gebracht. Als sie sich nun über mancherley in Absicht der Verwaltung des Reichs besprachen, warf Jugurtha unter andern die Worte hin: „Man müsse alle seit fünf Jahren gemachte Be„schlüsse und Verordnungen aufheben; denn diese „Zeit über habe Micipsa, durch Alter geschwächt, „wenig Geistesvermögen gehabt.“ Hierauf erwiederte Hiempsal: „Eben das gefalle ihm, denn ge„rade in den letzten drey Jahren sey Jugurtha an „Kindsstatt aufgenommen, und habe Theil an der „Regierung erhalten.“ Diese Worte drangen dem Jugurtha, mehr als glaublich, tief in die Seele. Seitdem trachtete er, unruhig von Racheifer und Furcht, traf Mittel, und hatte nur das im Sinn, wie er durch Tücke den Hiempsal fange. Da es ihm zu langsam von Statten gieng, dennoch der wilde Muth sich nicht legte; so beschloß er, auf jegliche Art sein Vorhaben auszuführen.

12.

Primo conventu, quem ab regulis factum supra memoravi, propter dissensionem placuerat, dividi thesauros, finesque imperii singulis constitui. Itaque tempus ad utramque rem decernitur, sed maturius ad pecuniam distribuendam. Reguli interea in loca propinqua thesauris, alius alio, concessere. Sed Hiempsal in oppido Thirmida forte eius domo utebatur, qui proxumus lictor Iugurthae, carus acceptusque ei semper fuerat. Quem ille casu ministrum oblatum promissis onerat impellitque, uti tamquam suam visens domum eat, portarum claves adulterinas paret: nam verae ad Hiempsalem referebantur. Ceterum, ubi res postularet, se ipsum cum magna manu venturum. Numida mandata brevi confecit: atque, ut doctus erat, noctu Iugurthae milites introducit. Qui postquam in aedes irrupere, diversi regem quaerere; dormientes alios, alios occursantes interficere; scrutari loca abdita, clausa effringere; strepitu et tumultu omnia miscere: quum Hiempsal interim reperitur, oc-

12.

In der gedachten ersten Zusammenkunft hatten, wegen des Zwistes, die jungen Könige sich dahin vereiniget, daß die Schätze sollten getheilt, und jedem die Gränzen seines Gebiets bestimmt werden. Es wird demnach zu beydem eine Zeit festgesetzt, und zwar eine frühere zur Vertheilung des Geldes. Inzwischen begaben sich die jungen Könige, der eine hie- der andre dorthin, in Ortschaften, die dem Schatze nahe lagen. Hiempsal aber bewohnte in der Stadt Thirmida von ohngefähr das Haus, was dem ersten Lictor des Jugurtha gehörte, welcher demselben von jeher sehr lieb und werth war. Diesen Mann, den ihm der Zufall zum Werkzeuge darbot, überhäuft er mit Versprechungen, und treibt ihn an, er solle, als komm' er sein Haus zu besehen, sich von den Thüren falsche Schlüssel zu verschaffen suchen: denn die rechten wurden immer dem Hiempsal zugestellt. Auf Erforderniß der Umstände werde er dann selbst mit einer großen Mannschaft hinkommen. Der Numide vollzog bald diesen Auftrag, und ließ, der Anweisung gemäß, zu Nacht die Soldaten des Jugurtha ein. Sobald diese in's Haus gedrungen, zerstreuen sie sich; suchen den König; morden einige im Schlaf, andre im Entgegenrennen; durchstören jeden Winkel; erbrechen das verschlos-

cultans sese tugurio mulieris ancillae, quo initio pavidus et ignarus loci profugerat. Numidae caput eius, uti iussi erant, ad Iugurtham referunt.

13.

Ceterum fama tanti facinoris per omnem Africam brevi divulgatur; Adherbalem omnesque, qui sub imperio Micipsae fuerant, metus invadit. In duas partes discedunt: plures Adherbalem sequuntur, sed illum alterum bello meliores. Igitur Iugurtha, quam maxumas potest, copias armat: urbes partim vi, alias voluntate imperio suo adiungit: omni Numidiae imperare parat. Adherbal, tametsi Romam legatos miserat, qui Senatum docerent de caede fratris et fortunis suis; tamen fretus multitudine militum, parabat armis contendere. Sed ubi res ad certamen venit, victus ex praelio profugit in provinciam, ac deinde Romam contendit. Tum Iugurtha, patratis consiliis, in otio facinus suum cum animo reputans, timere populum Romanum, neque adversus iram eius usquam, nisi in avaritia nobilitatis et pecunia sua,

sene, und füllen alles mit Lärm und Tumult: als man indeß den Hiempsal in der Hütte einer Sklavinn versteckt findet, wohin er gleich in der Angst und unkundig des Orts sich geflüchtet hatte. Die Numiden bringen nach Befehl seinen Kopf dem Jugurtha.

13.

Das Gerücht von dieser Unthat verbreitete sich bald durch ganz Africa. Furcht überfällt den Adherbal und alle bisherige Unterthanen des Micipsa. Man theilt sich in zwey Partheyen. Die meisten schlagen sich zum Adherbal, zu dem andern die besseren Krieger. Demnach bewaffnet Jugurtha so viele Truppen, als möglich; einige Städte gewinnt er unter seine Herrschaft durch Gewalt, andre freywillig; er legt's darauf an, über ganz Numidien Herrscher zu werden. Wiewohl Adherbal Gesandte nach Rom geschickt hatte, die dem Senat von der Ermordung seines Bruders und seiner Lage berichten sollten, so rüstete er sich doch, im Vertrauen auf die Menge seiner Soldaten, zum Kampf mit den Waffen. Da es aber zum Gefecht kam, ward er geschlagen; aus dem Treffen entfloh er in die Provinz, und eilte von da nach Rom. Nun nach vollbrachten Anschlägen in Ruhe dachte Jugurtha auf seine That zurück. Jetzt fieng er an, das römische Volk zu

spem habere. Itaque paucis diebus cum auro et argento multo Romam legatos mittit, quîs praecipit, uti primum veteres amicos muneribus expleant; deinde novos acquirant; postremo quaecunque possint, largiundo parare ne cunctentur. Sed ubi Romam legati venere, et, ex praecepto Regis, hospitibus aliisque, quorum ea tempestate in Senatu auctoritas pollebat, magna munera misere; tanta commutatio incessit, uti ex maxuma invidia in gratiam et favorem nobilitatis Iugurtha veniret. Quorum pars spe, alii praemio inducti, singulos ex Senatu ambiundo, nitebantur, ne gravius in eum consuleretur. Igitur, legati ubi satis confidunt, die constituto Senatus utrisque datur. Tum Adherbalem hoc modo loquutum accepimus.

14.

„Patres conscripti. Micipsa pater meus „moriens praecepit, uti regnum Numidiae tan„tummodo procuratione existumarem meum;

fürchten, und setzte gegen dessen Zorn auf nichts seine Hoffnung, als auf die Habsucht des Adels und sein Geld. Deswegen schickte er wenige Tage darauf Gesandte nach Rom mit vielem Golde und Silber, und dem Auftrag: sie sollten zuerst seine alten Freunde mit Geschenken überhäufen, dann ihm neue werben, endlich nicht säumen, Alles, was sie nur könnten, durch Spendungen zu gewinnen. Sobald aber die Gesandten in Rom gekommen waren, und dem Befehle des Königs gemäß Gastfreunden und Andren, deren Ansehen damals im Senate viel galt, Geschenke übermacht hatten, so begann eine solche Veränderung, daß Jugurtha, vorher äußerst gehaßt, nun die Neigung und Gunst des Adels gewann. Einige durch Hoffnung, andre durch Belohnung gereizt bemühten sich durch Umschleichung einzelner Senatoren dahin, daß man nicht strenge gegen ihn verführe. Als demnach die Gesandten ihrer Sache genugsam trauten, ward der Tag zur Versammlung des Senats für beyde Partheyen bestimmt. Da soll Adherbal folgende Rede gehalten haben.

14.

„Versammelte Väter! Mein Vater gab mir „sterbend die Weisung, ich solle mich nur als den „Verwalter des Numidischen Reiches ansehen;

„ceterum ius et imperium penes vos esse: si-
„mul eniterer, domi militiaeque quam maxu-
„mo usui esse populo Romano; vos mihi co-
„gnatorum, vos in affinium locum ducerem.
„Si ea fecissem, in vestra amicitia exercitum,
„divitias, munimenta regni me habere. Quae
„quum agitarem; Iugurtha, homo omnium,
„quos terra sustinet, sceleratissumus, con-
„temto imperio vestro, Masinissae me ne-
„potem, et iam ab stirpe socium et amicum
„populo Romano, regno fortunisque omni-
„bus expulit. Atque ego, Patres conscripti,
„quoniam eo miseriarum venturus eram,
„vellem, potius ob mea, quam ob maiorum
„beneficia posse auxilium petere; ac maxu-
„me deberi mihi a populo Romano, quibus
„non egerem; secundum, ea si desideranda
„erant, uti debitis, uterer. Sed quoniam
„parum tuta per se ipsa probitas, neque mi-
„hi in manu fuit, Iugurtha qualis foret; ad
„vos confugi, patres conscripti, quibus, quod
„miserrumum, cogor prius oneri, quam usui
„esse. Ceteri reges, aut bello victi in ami-
„citiam a vobis recepti, aut in suis dubiis

„Recht und Herrschaft darüber sey Euer. Zugleich „solle ich mich bestreben, im Kriege und im Frie„den dem römischen Volke möglichst zu dienen. „Euch sollte ich als Blutsfreunde, euch als Ver„wandte achten. Wo ich das thäte, würd' ich in „eurer Freundschaft Kriegsmacht, Reichthum und „Wehren des Reiches finden. Indem ich mich so „benehmen wollte, da stößt Jugurtha, ein Mensch, „verruchter, als Alle, welche die Erde trägt, eure „Oberherrschaft nichts achtend, mich, den Enkel „des Masinissa, ja vom Stamme aus der Bunds„genosse und Freund des römischen Volks, aus „dem Reiche und aus allem Besitzthum. Zwar „wünschte ich, versammelte Väter, weil ich so „tief in's Elend gerathen bin, daß ich mehr we„gen eigener als meiner Vorfahren Wohlthaten „Hülfe erbitten könnte; am meisten, daß mir das „römische Volk Dienste schuldig wäre, deren ich „nicht bedürfte, und demnächst, daß ich, wenn „ich sie ja brauchte, dieselben als Schuld genösse. „Aber weil Rechtschaffenheit durch sich wenig sicher „ist, und es nicht an mir lag, wie sich Jugurtha „benehmen würde; so bin ich zu Euch geflohen, „versammelte Väter, denen ich, was mir am „schmerzlichsten fällt, nun eher zur Last als zu Dienste „seyn muß. Andre Könige habt ihr entweder nach „ihrer Unterjochung in eure Freundschaft aufge„nommen, oder sie haben in bedrängten Umstän-

„rebus societatem vestram appetiverunt. „Familia nostra cum populo R. bello Car„thaginiensi amicitiam instituit, quo tempore „magis fides eius, quam fortuna petenda „erat. Quorum progeniem vos, Patres con„scripti, nolite pati frustra a vobis auxilium „petere Si ad impetrandum nihil causae ha„berem, praeter miserandam fortunam; quod „paulo ante Rex, genere, fama atque copi„is potens, nunc deformatus aerumnis, in„ops, alienas opes expecto: tamen erat ma„iestatis Romani populi, prohibere iniuri„am, neque cuiusquam regnum per scelus „cresceret. Verum ego his finibus eiectus „sum, quae maioribus meis populus Romanus „dedit: unde pater et avus una vobiscum ex„pulere Syphacem et Carthaginienses. Ves„tra beneficia erepta sunt, Patres conscripti: „vos in mea iniuria despecti estis. Eheu „me miserum! Huccine, Micipsa pater, be„neficia evasere, uti quem tu parem cum „liberis, regnique participem fecisti, is po„tissumum stirpis tuae exstinctor sit? Num„quamne ergo familia nostra quieta erit? „semperne in sanguine, ferro, fuga versabi„mur? Dum Carthaginienses incolumes fue-

„den euer Bündniß gesucht. Unsre Familie hat „im charthaginensischen Krieg mit dem römischen „Volke Freundschaft gemacht: zu einer Zeit, wo „mehr auf seine Treue als sein Glück zu rechnen „war. Mich, den Abkömmling derselben, lasset „nicht, versammelte Väter, vergebens eure Hülfe „erflehen! Wenn ich zu deren Erhaltung auf nichts „zählen könnte, als mein bedaurenswürdiges „Schicksal, indem ich, vor Kurzem noch König, „groß an Abkunft, Ansehen und Macht, nun durch „Elend entstellt, dürftig, auf fremde Unterstützung „harre; so stände es dann doch der Erhabenheit „des römischen Volkes zu, der Unbild zu wehren, „und keine Herrschaft durch Ruchlosigkeit aufkommen zu lassen. Aber ich bin aus den Ländern „geworfen, die das römische Volk meinen Vorfahren gab, aus welchen mein Vater und „mein Ahne zugleich mit Euch den Syphax „und die Carthaginenser vertrieben. Eure Wohlthat ist mir entrissen, versammelte Väter; Ihr „seyd in meiner Unbild entehrt. O mich elenden! „Dahin also, Vater Micipsa, sind deine Wohlthaten gediehen, daß der, den du mit deinen „Kindern zum gleichen Miterben des Reichs machtest, gerade der Vertilger deines Stammes sey? „Wird dann nie unsre Familie ruhig seyn? Soll „immer Blutvergießen und Mord und Flucht uns „umhertreiben? Da noch die Carthaginenser im

„re, iure omnia saeva patiebamur. Hostes „ab latere, vos amici procul: spes omnis in „armis erat. Postquam illa pestis eiecta, „laeti pacem agitabamus: quippe quîs hostis „nullus, nisi forte quem iussissetis. Ecce „autem ex improviso Iugurtha, intoleranda „audacia, scelere atque superbia sese effe„rens, fratre meo, atque eodem propinquo „suo interfecto, primum regnum eius scele„ris sui praedam fecit: post, ubi me iisdem „dolis nequit capere, nihil minus, quam vim „aut bellum, exspectantem imperio vestro, „sicuti videtis, extorrem patria, domo, in„opem et coopertum miseriis effecit, ut ubi„vis tutius, quam in meo regno essem. Ego „sic existumabam, Patres conscripti, ut prae„dicantem audiveram patrem meum, qui ve„stram amicitiam colerent, eos multum la„borem suscipere; ceterum ex omnibus ma„xume tutos esse. Quod in familia nostra „fuit, praestitit uti in omnibus bellis vobis „adessent: nos uti per otium tuti simus, „in manu vestra est, Patres conscipti. „Pater nos duos fratres reliquit: tertium

„Wohlstande waren, haben wir mit Recht alles
„harte geduldet. Der Feind zur Seite, ihr,
„unsre Freunde, fern; war all' unsre Hoffnung
„auf den Waffen. Nachdem diese Pest hinausge-
„worfen, da pflogen wir fröhlich des Friedens;
„denn wir hatten keinen Feind, oder ihr hättet
„uns dann gegen einen aufgefordert. Aber sieh',
„plözlich bäumt sich Jugurtha voll unerträglicher
„Frechheit, voll Verruchtheit und Uebermuth auf;
„mordet meinen Bruder, in ihm seinen Verwand-
„ten; macht erst dessen Reich zur Beute seines
„Verbrechens; und dann, wie er mich durch die
„nämliche Tücke nicht fangen kann, bringt er es
„mit mir, da ich nichts weniger, als Gewalt-
„thätigkeit oder Krieg besorge, dahin, daß ich in
„eurem Reiche, wie ihr seht, verbannt aus dem
„Vaterlande und der Heimath, dürftig und mit
„Elend überdeckt, nun überall sicherer als in mei-
„nen Ländern bin. Ich dachte so, versammelte
„Väter, wie ich meinen Vater oft hatte sagen
„hören; die, welche eurer Freundschaft pflögen,
„nähmen zwar viele Arbeit auf sich, wären übri-
„gens aber auch unter Allen am sichersten. Unsre
„Familie hat geleistet, was sie vermogte; in allen
„Kriegen hat sie euch beygestanden. Ob wir nun
„im Frieden sicher seyn sollen, das steht in eurer
„Hand, versammelte Väter. Unser Vater ließ
„uns, zwey Brüder, zurück; den dritten, Ju-

„Iugurtham, beneficiis suis ratus nobis „coniunctum fore. Alter eorum necatus, „alterius ipse ego manus impias vix ef- „fugi. Quid agam? quo potissumum „infelix accedam? Generis praesidia omnia „exstincta sunt: pater, uti necesse erat, na- „turae concessit; fratri, quem minume decu- „it, propinquus per scelus, vitam eripuit. „Affines, amicos, propinquos ceteros, alium „alia clades oppressit: capti ab Iugurtha, „pars in crucem acti, pars bestiis obiecti; „pauci, quibus relicta anima, clausi in tene- „bris, cum moerore et luctu, morte gravio- „rem vitam exigunt. Si omnia, quae aut „amisi, aut ex necessariis adversa facta sunt „incolumia manerent; tamen, si quid ex im- „proviso accidisset, vos implorarem, Patres „conscripti, quibus, pro magnitudine impe- „rii, ius et iniurias omnes curae esse decet. „Nunc vero exul patria, domo, solus et om- „nium honestarum rerum egens, quo acce- „dam, aut quos appellem? nationesne, an „reges, qui omnes familiae nostrae ob ves- „tram amicitiam infesti sunt? an quoquam

„gurtha, glaubte er uns durch seine Wohlthaten
„zu verbinden. Einer ist gemordet, dem andren
„bin ich selbst kaum aus den ruchlosen Händen
„entflohen. Was soll ich thun? wohin zuerst soll
„ich Unglücklicher mich wenden? Jeder Schutz
„meines Stammes ist erloschen; mein Vater zoll-
„te der Natur die verfallene Schuld; dem Bruder
„entriß jener, dem's am wenigsten ziemte, der
„Blutsverwandte freventlich das Leben; Angehö-
„rige, Freunde, alle Verwandte sind, der eine
„auf diese, der andre auf jene Art, des Unter-
„gangs Beute geworden. Vom Jugurtha sind sie
„ergriffen; einige schlug er an's Kreuz; andre
„warf er den Thieren vor; wenige, denen das
„Leben blieb, bringen im finstern Kerker, in Jam-
„mer und Wehe ein Leben hin, was härter als
„der Tod ist. Wäre mir auch Alles geblieben,
„was ich verlohren, oder was mir von Angehö-
„rigen feindselig geworden; so würde ich doch,
„wenn mich unversehens etwas getroffen hätte,
„euch anflehen, versammelte Väter: euch, denen
„es gemäß der Größe ihrer Herrschaft ziemt, alles
„Recht und Unrecht zu beachten. Nun aber, ver-
„bannt aus dem Vaterlande, aus dem Hause,
„allein, aller Ehre und Hilfsmittel beraubt, wo-
„zu soll ich mich wenden? welche anrufen? —
„Nationen? — Könige? die alle unsrer Familie
„wegen eurer Freundschaft feind sind? Oder wo-

„adire licet, ubi non maiorum meorum hos- „tilia monumenta plurima sint? aut quisquam „nostri misereri potest, qui aliquando vo- „bis hostis fuit? Postremo Masinissa nos ita „instituit, Patres conscripti, ne quem cole- „remus, nisi populum Romanum; ne societa- „tes, ne foedera nova acciperemus: abunde „magna praesidia nobis in vestra amicitia fo- „re: si huic imperio fortuna mutaretur, una „nobis occidendum essse. Virtute ac Dis volen- „tibus magni estis et opulenti, omnia secun- „da et obedientia sunt; quo facilius sociorum „iniurias curare licet. Tantum illud vereor, „ne quos privata amicitia Iugurthae, parum „cognita, transversos agat: quos ego andio „maxuma ope niti, ambire, fatigare vos sin- „gulos, ne quid de absente, incognita cau- „sa, statuatis: fingere me verba; fugam simu- „lare, cui licuerit in regno manere. Quod „utinam illum, cuius impio facinore in has „miserias proiectus sum, eadem haec simu- „lantem videam! et aliquando aut apud vos, „aut apud Deos immortales rerum humana- „rum cura oriatur! ne ille, qui nunc scele- „ribus suis ferox atque praeclarus est, om-

„hin könnte ich gehen, wo nicht feindliche Denk=
„mäler meiner Vorfahren in Menge wären? Oder
„kann wohl einer sich unsrer erbarmen, der einst
„euer Feind war? Endlich hat uns Masinissa so
„unterwiesen, versammelte Väter, daß wir uns
„an Niemand, als an das römische Volk halten,
„in keine Verträge, und neue Bündnisse uns ein=
„lassen sollten: in eurer Freundschaft würden wir
„mehr als hinlänglichen Schutz finden: wo die=
„ses Reich der Wechsel des Glücks träfe, da
„müßten auch wir untergehen. Durch Tapferkeit
„und durch Gunst der Götter seyd ihr mächtig
„und groß. Alles glückt; Alles gehorcht. Um so
„leichter könnt ihr euch beleidigter Bundsgenossen
„annehmen. Nur das fürcht ich, daß die — we=
„nig gekannte Privat=Freundschaft des Jugurtha Ei=
„nige queer führe: die, wie ich höre, aus aller Macht
„sich bestreben, euch einzeln umschleichen und zu=
„setzen: über einen Abwesenden, ohne vorerkann=
„ter Sache, nichts zu beschließen. Ich mache
„nur Worte, spiele den Flüchtling, da ich in mei=
„nem Reiche hätte bleiben können. O daß ich
„den, durch dessen verruchte That ich in dies Elend
„hingeworfen bin, einst eben so sich stellen sähe!
„und daß einmal bey euch, oder bey den unsterb=
„lichen Göttern die menschlichen Schicksale zur
„Angelegenheit würden! wahrlich da wird er,
„der nun durch seine Schand-thaten sich trozig em=

„nibus malis excruciatus, impietatis in pa-
„rentem nostrum, fratris mei necis, mearum-
„que miseriarum graves poenas reddet. Iam
„iam frater, animo meo carissume, quam-
„quam tibi immaturo, et unde minume de-
„cuit, vita erepta est: tamen laetandum ma-
„gis, quam dolendum puto casum tuum.
„Non enim regnum, sed fugam, exsilium,
„egestatem et omnes has, quae me premunt,
„aerumnas cum anima simul amisisti. At
„ego infelix, in tanta mala praecipitatus ex pa-
„trio regno, rerum humanarum spectaculum
„praebeo: incertus quid agam; tuasne iniu-
„rias persequar, ipse auxilii egens, an reg-
„no consulam, cuius vitae necisque potestas
„ex opibus alienis pendet? Utinam emori for-
„tunis meis honestus exitus esset, neu vive-
„re contemtus viderer, si, defessus malis,
„iniuriae concessissem. Nunc neque vivere
„lubet, neque mori licet sine dedecore. Pa-
„tres conscripti, per vos, per liberos atque
„parentes, per maiestatem populi R. subve-
„nite misero mihi: ite obviam iniuriae: no-
„lite pati, regnum Numidiae, quod vestrum

„vorschwingt, von allen Uebeln gemartert, für
„den Undank gegen unsern Vater, für die Er=
„mordung meines Bruders, und für all' mein
„Elend schwer büßen. Jetzt Bruder, meiner Seele
„Geliebter! wiewohl dir zu früh, und von einem,
„dem's am wenigsten ziemte, das Leben entrissen
„ist, jetzt glaube ich, über deinen Fall mehr mich
„freuen, als trauren zu müssen. Denn nicht dem
„Reiche, sondern der Flucht, der Verbannung,
„Dürftigkeit, und all' dem Elend, was mich
„drückt, bist du zugleich durch deinen Tod entho=
„ben. Ich Unglücklicher aber, vom väterlichen
„Thron in solche Unfälle niedergestürzt, ich biete
„ein Schauspiel menschlicher Schicksale dar: un=
„gewiß, was ich beginne; ob ich deine Unbild
„räche? — selbst Hilfe bedürftig — oder ob ich
„mich des Reiches annehme? — ich, dessen Le=
„ben und Tod von fremder Unterstützung abhan=
„gen. O fände ich durch den Tod in meiner Lage
„einen rühmlichen Ausgang! oder möchte mein Le=
„ben nicht verächtlich scheinen, wenn ich, durch
„Unfälle erschöpft, dem Unrecht wiche! Nun aber
„mag ich nicht leben, und kann nicht sterben ohne
„Schande. Versammelte Väter, bey euch selbst,
„bey euren Kindern und Aeltern, bey der Hoheit
„des römischen Volkes, kommt mir elenden zu
„Hilfe; begegnet dem Unrechte, und leidet nicht,
„daß Numidiens Reich, was euer ist, durch Fre=

„est, per scelus et sanguinem familiae no-„strae tabescere."

15.

Postquam Rex finem loquendi fecit; legati Iugurthae, largitione magis quam causa freti, paucis respondent, „Hiempsalem „ob saevitiam suam ab Numidis interfec-„tum: Adherbalem ultro bellum inferentem, „postquam superatus sit, queri, quod inju-„riam facere nequivisset. Iugurtham ab Se-„natu petere, ne alium putarent, ac Numantiae „cognitus esset; neu verba inimici ante facta „sua ponerent". Deinde utrique curia egrediuntur. Senatus statim consulitur: fautores legatorum, praeterea magna pars, gratia depravati, Adherbalis dicta contemnere, Iugurthae virtutem extollere laudibus; gratia, voce, denique omnibus modis pro alieno scelere et flagitio, sua quasi pro gloria, nitebantur. At contra pauci, quibus bonum et aequum divitiis carius, *subveniundum Adherbali*, et *Hiempsalis mortem severe vindicandam* censebant. Sed ex omnibus maxume

„vel und durch das Blut unsrer Familie dahin„schwinde."

15.

Als der König seine Rede schloß, erwiederten die Gesandten des Jugurtha mehr in Zuversicht auf ihre Spendungen, als auf ihre Sache, nur weniges: „Hiempsal sey wegen seiner Grausam„keit von den Numiden getödtet worden; Adher„bal habe selbst Krieg angefangen, und nun, da „er überwunden wäre, klage er, daß ihm die Un„bild nicht habe gelingen wollen. Jugurtha bitte „den Senat, ihn für keinen anderen zu halten, „als er bey Numantia befunden worden. Sie „möchten nicht Worte seines Feindes mehr als „seine Thaten schätzen." Dann traten beyde Partheyen aus der Curie. Man geht gleich zu Rathe. Die Gönner der Gesandten, danebst ein großer Theil, dessen Gunst schändlich gewonnen, verachteten die Reden des Adherbal, erhoben mit Lobsprüchen Jugurtha's Verdienst; Ansehen, Stimme, Alles boten sie auf für eines Anderen Verbrechen und Frevel, wie für eigenen Ruhm. Hingegen nur Wenige, denen das Gute und Rechte mehr als Reichthum galt, stimmten dahin, man müsse dem Adherbal zu Hilfe kommen, und strenge die Ermordung des Hiempsal rächen; von Allen aber am meisten Aemilius Scaurus, ein Mann edler

Aemilius Scaurus, homo nobilis, impiger, factiosus, avidus potentiae, honoris, divitiarum; ceterum vitia sua callide occultans. Is postquam videt Regis largitionem famosam impudentemque; veritus, quod in tali re solet, ne polluta licentia invidiam accenderet, animum a consueta lubidine continuit.

16.

Vicit tamen in Senatu pars illa, quae vero pretium aut gratiam anteferebat. Decretum fit, *uti decem legati regnum, quod Micipsa obtinuerat, inter Iugurtham et Adherbalem dividerent.* Cuius legationis princeps fuit L. Opimius: homo clarus, et tum in Senatu potens; quia consul, C. Graccho et M. Fulvio Flacco interfectis, acerrume victoriam nobilitatis in plebem exercuerat. Eum Iugurtha tametsi Romae in inimicis habue-

Abkunft, betriebsam, partheysüchtig, geitzend nach Macht, Ehre und Reichthum, übrigens ein schlauer Bemäntler seiner Fehler. Nachdem dieser das Verspenden des Königs ruchtbar und unverschämt werden sieht, fürchtete er, was in solchem Falle zu geschehen pflegt, durch zu weit getriebenen Misbrauch seiner Macht Haß zu erregen, und hielt die herrschende Begier im Zaume.

16.

Indeß siegte doch im Senate derjenige Theil, welcher Geld oder Gunst der Wahrheit vorzog. Man beschließt, zehn Gesandte sollten das Reich, das einst Micipsa inne hatte, unter den Jugurtha und Adherbal theilen. Das Haupt dieser Gesandtschaft war L. Opimius, ein angesehener und damals im Senate mächtiger Mann, weil er als Konsul nach Ermordung des C. Grachus und M. Fulvius den Sieg des Adels dem Volke sehr scharf empfinden ließ. Zwar hatte Jugurtha an ihm zu Rom einen seiner Gegner gehabt, *) dennoch

*) Ich lese in *inimicis* habuerat, nach der Zweybrücker Verbesserung, zu Folge einiger wichtigen Ausgaben, und indem selbst Corte dieser Leseart beystimmt, obgleich er sie nicht aufgenommen hat.

rat, tamen accuratissume recepit: dando et pollicitando perfecit, uti famae, fidei, postremo omnibus suis rebus commodum Regis anteferret. Reliquos legatos eadem via aggressus, plerosque capit: paucis carior fides, quam pecunia fuit. In divisione, quae pars Numidiae Mauretaniam attingit, agro virisque opulentior, Iugurthae traditur: illam alteram specie, quam usu, potiorem, quae portuosior et aedificiis magis exornata erat, Adherbal possedit.

17.

Res postulare videtur Africae situm paucis exponere, et eas gentes, quibuscum nobis bellum, aut amicitia fuit, attingere. Sed quae loca et nationes, ob calorem aut asperitatem, item solitudines, minus frequentata

---

Mehr aber, als das Ansehen der Scholiasten, sollte, däucht mich, hier der natürliche Zusammenhang entscheiden; denn falls es „in *amicis*" hieße, so wäre das folgende: *tamen* eum accuratissime recepit, eine Art von Widerspruch, und eine unebene Bemerkung. Gleichwohl ist jener vernünf-

nahm er ihn aufs verbindlichste auf, und brachte ihn durch große Geschenke und Versprechungen dahin, daß er guten Namen und Treue, kurz, all' das Seinige dem Vortheil des Königs nachsetzte. Auf dem nämlichen Wege machte er sich an die übrigen Gesandten; die Meisten gewann er; nur Wenigen war Ehrlichkeit theurer als Geld. Bey der Theilung wird dem Jugurtha derjenige Theil von Numidien gegeben, der an Mauritanien stößt, reichhaltiger an Land und Volk; den andern, mehr dem Scheine nach als wirklich besser, der mehr Häven und schmückende Gebäude hatte, bekam Adherbal.

17.

Jetzt scheint es der Sache gemäß, die Lage von Africa kurz darzustellen, und jene Nationen zu berühren, mit welchen wir Krieg oder Freundschaft hatten. Aber von Gegenden und Völkern, die der Hitze, Rauheit und Wüsten halber weniger besucht sind, werd' ich nicht leicht etwas ge-

---

tigeren Leseart nur ein einziger Uebersetzer, und zwar, meines Wissens, der älteste, Dieterich von Pleningen, gefolgt; in dessen Uebersetzung, (vom Jahre 1514) es heißt: „Wiewohl nun Jugur„tha denselben zu Rome auch einen unter seinen „Feinden geacht."

sunt, de iis haud facile compertum narraverim: cetera quam paucissumis absolvam.

In divisione orbis terrae plerique in partem tertiam Africam posuere: pauci tantummodo Asiam et Europam esse; sed Africam in Europa. Ea fines habet ab Occidente fretum nostri maris et Oceani; ab ortu Solis declivem latidudinem, quem locum *Catabathmon* incolae appellant. Mare saevum, importuosum: ager frugum fertilis, bonus pecori, arbori infecundus: coelo terraque penuria aquarum. Genus hominum salubri corpore, velox, patiens laborum. Plerosque senectus dissolvit, nisi qui ferro aut bestiis interiere: nam morbus haud saepe quemquam superat. Ad hoc malefici generis plurima animalia. Sed qui mortales initio Africam habuerint, quique postea accesserint, aut quomodo inter se permixti sint; quamquam ab ea fama, quae plerosque obtinet, diversum est: tamen, uti ex libris Punicis, qui regis Hiempsalis dicebantur, interpretatum nobis est, utique rem sese habere cultores eius terrae putant, quam paucissumis dicam. Ceterum fides eius rei penes auctores erit.

wisses erzählen: das übrige will ich in Wenigem abfassen.

Bey der Eintheilung des Erdkreises nehmen die Meisten Africa als den dritten Theil an; Wenige rechnen nur Asien und Europa, und Africa zu Europa. Gegen Niedergang gränzt es mit der Enge von unserm Meer und dem Ozean; gegen Aufgang mit einer abschößig sich hinbreitenden Gegend, welche die Bewohner Catabathmos nennen. Das Meer ist stürmisch, ohne Haven; das Land fruchtbar, gut für's Vieh, nur trägt's keine Bäume; Himmel und Boden sind wasserarm. Die Menschenart ist von gesundem Körperbau, behend, und arbeitduldend. Die Meisten löset das Alter auf, wo sie nicht durch's Schwerdt oder reissende Thiere umkommen. Nur selten rafft Jemanden eine Krankheit hin. Endlich giebt's hier viele bösartige Thiere. Welche Sterbliche zuerst Africa inne hatten, welche nachher hingekommen, oder wie sie sich untereinander vermischt haben, davon will ich, wiewohl es von der gemeinen Sage abweicht, doch dasjenige kürzlich erzählen, wie es mir aus den punischen Büchern, die vom König Hiempsal seyn sollen, erkläret ist, und wie die Landeseinwohner die Bewandtniß der Sache bestätigen. Uebrigens mögen die Urheber für die Wahrheit bürgen.

18.

Africam initio habuere Gaetuli et Libyes, asperi, inculti; quîs cibus erat caro ferina atque humi pabulum, uti pecoribus. Hi neque moribus, neque lege, nequè imperio cuiusquam regebantur: vagi, palantes, qua nox coëgerat, sedes habebant. Sed postquam in Hispania Hercules,' sicuti Afri putant, interiit; exercitus eius, compositus ex variis gentibus, amisso duce, ac passim multis, sibi quisque, imperium petentibus, brevi dilabitur. Ex eo numero Medi, Persae et Armenii, navibus in Africam transvecti, proxumos nostro mari locos occupavere. Sed Persae intra Oceanum magis: iique alveos navium inversos pro tuguriis habuere; quia neque materia in agris, neque ab Hispanis emundi, aut mutandi copia erat; mare magnum et ignara lingua commercia prohibebant. Hi paulatim per connubia Gaetulos sibi miscuere: et quia saepe tentantes agros, alia, deinde alia, loca petiverant, semet ipsi *Numidas* appellavere. Ceterum adhuc aedificia

18.

Africa bewohnten anfangs die Gätuler und Libyer, rauhe und ungebildete Menschen; Wildpret und das Futter auf dem Boden war ihnen zur Speise, wie dem Viehe. Nicht Sitte, nicht Gesetz, kein Oberer regierte sie. Umherschweifend, wandernd hatten sie da ihre Stäte, wo sie die Nacht überfiel. Nachdem aber, wie die Africaner glauben, Hercules in Spanien umkam; trennte sich dessen Heer, das aus vielartigen Völkern bestand, indem der Anführer verlohren, und sehr viele selbst zu befehligen strebten, in kurzer Zeit auseinander. Aus ihrer Anzahl schifften die Meder, Perser und Armenier nach Africa über, und nahmen die unserm Meere nächst anliegenden Gegenden ein. Die Perser aber zogen sich näher nach dem Ozean. Ihnen dienten die Bäuche umgekehrter Schiffe statt Hütten; weil weder Bauholz auf dem Lande war, noch sie Gelegenheit hatten, von den Spaniern zu kaufen oder zu tauschen. Das große Meer, und die Unkunde der Sprache hinderten den Handel. Nach und nach vermischten sie sich durch Heirath mit den Gätulern; und weil sie, das Land zu versuchen, nun da, dann dorthin zogen, haben sie sich selbst Numiden genannt. Uebrigens sind noch jetzt die Gebäude der Numi-

Numidarum agrestium, quae *mapalia* illi vocant, oblonga, incurvis lateribus tecta, quasi navium carinae sunt. Medis autem et Armeniis accessere Libyes (nam hi propius mare Africum agitabant; Gaetuli sub sole magis, haud procul ab ardoribus). Hique mature oppida habuere; nam freto divisi ab Hispania mutare res inter se instituerant: nomen eorum paulatim Libyes corrupere, barbara lingua *Mauros*, pro Medis, appellantes. Sed res Persarum brevi adolevit: ac postea, nomine *Numidae* propter multitudinem a parentibus digressi, possidere ea loca, quae proxume Carthaginem *Numidia* appellatur. Dein utrique, alteris freti, finitumos armis aut metu sub imperium cogere, nomen gloriamque sibi addidere: magis hi, qui ad nostrum mare processerant; quia Libyes, quam Gaetuli, minus bellicosi. Denique Africae pars inferior pleraque ab Numidis possessa est: victi omnes in gentem nomenque imperantium concessere.

19.

Postea Phoenices, alii multitudinis domi

den auf dem Lande, die sie Mapalien nennen, länglich, und haben eingebogene Dachseiten, ähnlich dem Schiffskiele. Zu den Medern und Armeniern kamen die Libyer. Denn diese hielten sich näher am Africanischen Meere; die Gätuler näher unter der Sonne, nicht weit vom brennenden Erdgürtel. Dieselben hatten frühzeitig Städte. Denn nur durch eine Meerenge von Spanien getrennt, fiengen sie unter sich Tauschhandel an. Ihren Namen haben nach und nach die Libyrer entstellt; sie nannten dieselben in ihrer rohen Sprache Maurer statt Meder. Die Perser gewannen bald an Bestand. Wegen der Uebermenge trennten sie sich nachher unter dem Namen Numiden von ihrem Stammältern, und nahmen jene Gegend inne, die, zunächst an Carthago, Numidien heißt. Dann, beyde sich gegenseitig unterstützend, zwangen sie die Benachbarten entweder durch Waffen oder durch Schrecken unter das Joch; sie erwarben sich Namen und Ruhm; mehr aber die, welche unserm Meere zugerückt waren, weil die Libyer weniger kriegerisch sind, als die Gätuler. Endlich hatten die Numiden den grösten Theil vom untern Africa in Besitz. Alle Ueberwundene bekannten sich zu der Nation und dem Namen der Herrscher.

19.

Nachher kamen die Phönicier; einige, um

minuendae gratia, pars imperii cupidine, sollicitata plebe aliisque novarum rerum avidis, Hipponem, Hadrumetum, Leptim aliasque urbes in ora maritimas condidere: haeque brevi multum auctae, pars originibus praesidio, aliae decori fuere. Nam de Carthagine silere melius puto, quam parum dicere; quoniam alio properare tempus monet. Igitur ad Catabathmon, qui locus Aegyptum ab Africa dividit, secundo mari, prima Cyrene est, colonia Thereon ac deinceps duae Syrtes, interque eas Leptis: dein Philenon arae, quem, Aegyptum versus, finem imperii habuere Carthaginienses: post aliae Punicae urbes. Cetera loca usque ad Mauretaniam Numidae tenent: proxume Hispaniam Mauri sunt. Super Numidiam Gaetulos accepimus partim in tuguriis, alios incultius vagos agitare: post eos Aethiopas esse: dein loca exusta solis ardoribus. Igitur bello Iugurthino pleraque ex Punicis oppida et fines Carthaginiensium, quos novissume habuerant, populus Romanus per magistratus administrabat: Gaetulorum magna pars, et Numidia usque ad flumen Mulucham sub Iugurtha erant: Mauris

daheim die Volksmenge zu mindern, andere aus Begierde nach Herrschaft indem sie den Pöbel, auch sonst Neuerungssüchtige an sich zogen; und bauten an der Meerküste Hippo, Hadrumetum, Leptis, nebst anderen Städten. Diese gediehen in Kurzem zur Größe, so daß sie ihrem Stammvolke theils zum Schutz, theils zur Zierde waren. Von Carthago mein' ich eher schweigen zu dürfen, als wenig zu sagen, weil mich die Zeit mahnt, weiter zu eilen. Bey Catabathmon, welches Aegypten von Africa trennt, ist längs dem Meere hin die erste Stadt Cyrene, ein Pflanzort der Theräer; dann die zwey Syrten; zwischen denselben Leptis: darauf die Altäre der Philener, welchen Ort die Carthaginenser als Gränze des Reichs gegen Aegypten zu bestimmten. Nach diesen folgen andre punische Städte. Die übrigen Orte bis nach Mauritanien haben die Numiden inne. Nächst an Spanien gränzen die Maurer. Ueber Numidien hinaus sollen die Gätuler seyn, theils in Hütten, theils wild umherstreifend; hinter diesen die Aethiopier; dann Gegenden, welche der Sonnenbrand sengt. Zur Zeit des Jugurthinischen Krieges ließ das römische Volk die meisten punischen Städte, und die neuestens erhaltene Provinz der Carthaginenser durch Magistratspersonen verwalten; ein großer Theil der Gätuler und Numiden, bis zum Mulucha-Strom war unter Jugurtha; alle Mau-

omnibus rex Bocchus imperitabat, praeter nomen, cetera ignarus populi Romani; itemque nobis neque bello neque pace antea cognitus De Africa et eius incolis ad necessitudinem rei satis dictum.

20.

Postquam, regno diviso, legati Africa discessere, et Iugurtha contra timorem animi praemia sceleris ademtum sese videt; certum ratus, quod ex amicis apud Numantiam acceperat, omnia Romae venalia esse; simul et illorum pollicitationibus accensus, quos paulo ante muneribus expleverat, in regnum Adherbalis animum intendit. Ipse acer, bellicosus: at is, quem petebat, quietus, imbellis, placido ingenio, opportunus iniuriae, metuens magis quam metuendus. Igitur ex improviso fines eius cum magna manu invadit: multos mortales cum pecore atque alia praeda capit, aedificia incendit, pleraque loca hostiliter cum equitatu accedit, dein cum omni multitudine in regnum suum convertit; existumans dolore permotum Adherbalem iniurias suas manu vindi-

rer beherrschte der König Bocchus, der, den Namen ausgenommen, im übrigen nichts vom römischen Volke wuste, und auch uns weder durch Krieg, noch im Frieden bekannt worden war. Dies sey von Africa und seinen Bewohnern nach Erforderniß der Sache genug gesagt.

20.

Sobald nach der Theilung des Reichs die Gesandten Africa verlassen hatten, und Jugurtha, wider bange Erwartung, sein Verbrechen belohnt sieht; jezt dessen gewiß, was er von seinen Freunden bey Numantia gehört, „daß zu Rom alles „feil sey," dann noch angefeuert durch die Versprechungen derjenigen, die er kurz vorher mit Geschenken überhäufte, richtete er nun sein Absehn auf das Reich des Adherbal. Er selbst war feurig, kriegerisch; jener hingegen, auf den er zielte, ruhig, friedsam, sanften Sinns, dem Unrechte bloß, mehr furchtsam, als furchtbar. Also fällt er unversehens mit einer großen Mannschaft in dessen Gebiet, nimmt viele Menschen nebst Vieh und anderer Beute weg, steckt die Gebäude in Brand, durchstreift die meisten Oerter feindlicher Weise mit der Reuterey; dann kehrt er mit der ganzen Menge in sein Reich zurück. Er dachte, die Kränkung würde den Adherbal bewegen, die Unbild thätlich zu rächen, und das Anlaß zum Kriege ge-

caturum, eamque rem belli causam fore. At ille, quod neque se parem armis existumabat, et amicitia populi Romani magis quam Numidis fretus erat, legatos ad Iugurtham de iniuriis questum misit. Qui tametsi contumeliosa dicta retulerant; prius tamen omnia pati decrevit, quam bellum sumere, quia tentatum antea secus cesserat. Neque tamen eo magis cupido Iugurthae minuebatur: quippe qui totum eius regnum animo iam invaserat. Itaque non, ut antea, cum praedatoria manu, sed magno exercitu comparato bellum gerere coepit, et aperte totius Numidiae imperium petere. Ceterum, qua pergebat, urbes, agros vastare, praedas agere; suis animum, terrorem hostibus augere.

21.

Adherbal ubi intelligit, eo processum, uti regnum aut relinquendum esset, aut armis retinendum; necessario copias parat, et Iugurthae obvius procedit. Interim haud longe a mari, prope Cirtam oppidum, utri-

ben. Dieser aber, der sich dem Kampfe nicht gewachsen glaubte, und sich mehr auf die Freundschaft des römischen Volks als die Numiden verließ, schickte Gesandte an den Jugurtha, über das Unrecht zu klagen. Wiewohl diese schimpfliche Antworten zurückbrachten, so beschloß er doch, eher alles zu dulden, als Krieg zu beginnen, weil der vorherige Versuch widrig ausgefallen war. Das minderte aber die Gier des Jugurtha nicht, denn schon hatt' er in seinem Gedanken dessen ganzes Reich überwältiget. Also nicht, wie zuvor, mit einer raubenden Horde, sondern mit einem großen gerüsteten Heer fieng er den Krieg an, und so nun offenbar nach der Herrschaft von ganz Numidien zu greifen. Wohin er zog, verwüstete er Städte und Felder, raffte er Beute; so machte er den Seinigen Muth, dem Feinde Schrecken.

21.

Wie Adherbal es dahin gekommen sieht, daß er sein Reich entweder verlassen, oder mit den Waffen behaupten müsse, so rüstet er, nothgedrungen, Truppen aus, und rückt dem Jugurtha entgegen. Beyde Heere lagerten sich nicht weit vom Meer, bey der Stadt Cirta, und weil sich bereits der Tag neigte, kam es nicht zum Treffen. Als die Nacht gröstentheils vorüber war, bey noch

usque consedit exercitus: et quia diei extremum erat, praelium non inceptum. Ubi plerumque noctis processit, obscuro etiam tum lumine, milites Iugurthini, signo dato, castra hostium invadunt; semisomnos partim, alios arma sumentes fugant funduntque. Adherbal cum paucis equitibus Cirtam profugit: et ni multitudo togatorum fuisset, quae Numidas insequentes moenibus prohibuit, uno die inter duos Reges coeptum atque patratum bellum foret. Igitur Iugurtha oppidum circumsedit, vineis turribusque et machinis omnium generum expugnare aggreditur; maxume festinans tempus legatorum antecapere, quos ante praelium factum, Romam ab Adherbale missos, audiverat. Sed postquam Senatus de bello eorum accepit; tres adolescentes in Africam legantur, qui ambo Reges adeant, Senatus populique Romani verbis nuncient, „velle et censere, eos „ab armis discedere: de controversiis suis „iure potius quam bello disceptare: ita se„que illisque dignum fore."

22.

Legati in Africam maturantes veniunt, eo magis, quod Romae, dum proficisci pa-

kaum dämmerndem Licht, stürzen Jugurtha's Krieger auf's gegebene Zeichen in's feindliche Lager. Einen Theil halb schlafend, Andere Waffen ergreifend jagen sie in die Flucht und hauen sie nieder. Adherbal entfloh mit wenigen Reutern nach Cirta; und wäre nicht die Menge Italier da gewesen, welche die verfolgenden Numiden von den Mauern abwehrte, so wäre an einem Tage der Krieg zwischen zween Königen angefangen und entschieden worden. Jugurtha schloß also die Stadt ein, und schickte sich an, mit Sturmdächern, Thürmen und Werkzeugen aller Art sie zu bestürmen: vorzüglich eilt' er, um den Gesandten vorzukommen, die, wie er gehört, Adherbal vor der gelieferten Schlacht nach Rom abgeschickt hatte. Sobald aber der Senat von ihrem Kriege Nachricht erhalten, wurden drey junge Männer nach Africa gesandt, die den beyden Königen zureden, und im Namen des römischen Senats und Volkes andeuten sollten: „Es sey deren Wille und „Gutachten, daß sie die Waffen niederlegten: ihre „Streitigkeiten müsse Recht, nicht Krieg schlich„ten. So fordre es der Römer und ihre eigene „Würde."

22.

Die Gesandten kamen bald nach Africa; sie hatten um so mehr geeilt, da man eben, wie

rant, de praelio facto et oppugnatione Cirtae audiebatur. Sed is rumor clemens erat. Quorum Iugurtha accepta oratione respondit: „Sibi neque maius quidquam, neque carius auctoritate Senati: ab adolescentia ita „enisum, uti ab optumo quoque probaretur: „virtute, non malitia P. Scipioni, summo „viro, placuisse: ob easdem artes ab Micipsa, „non penuria liberorum, in regnum adoptatum: ceterum quo plura bene atque strenue „fecisset, eo animum suum iniuriam minus „tolerare: Adherbalem dolis vitae suae insidiatum; quod ubi comperisset, sceleri obviam isse: populum Romanum neque recte, „neque pro bono facturum, si ab iure „gentium sese prohibuerint: postremo de omnibus rebus legatos Romam brevi missurum." Ita utrique digrediuntur. Adherbalis appellandi copia non fuit.

23.

Iugurtha ubi eos Africa decessisse ratus est, neque, propter loci naturam, Cirtam armis expugnare potest; vallo atque fossa

sie sich zur Reise anschickten, zu Rom von dem vorgefallenen Treffen und der Belagerung von Cirta hörte. Doch war dies Gerücht beschönigend. Auf ihren Vortrag antwortete Jugurtha: „Nichts sey „ihm geltender und theurer, als das Ansehen des „Senats. Von Jugend auf habe er dahin gestrebt, „den Beyfall jedes Braven zu gewinnen. Verdienst, „nicht boshafte Ränke habe ihn dem großen P. „Scipio gefällig gemacht. Der nämlichen Fähig„keiten halber sey er vom Micipsa zum Miterben „des Reiches angenommen. Aber grade je mehr „brave und tapfere Thaten er gethan, um so we„niger könne sein Sinn Unbild ertragen. Adher„bal habe ihm durch Tücke nach dem Leben ge„stellt: wie er dies inne worden, sey er der Bos„heit entgegen gegangen. Das römische Volk wür„de weder recht noch gut handeln, wenn es ihm „das Völkerrecht wehrte. Uebrigens woll' er, über „alle Umstände zu berichten, in kurzem Gesandte „nach Rom schicken." So gieng man beyderseits auseinander. Den Adherbal konnten sie nicht sprechen.

23.

Wie Jugurtha die Gesandten von Africa entfernt glaubt, und er Cirta der Lage wegen nicht mit den Waffen einnehmen kann; so umgiebt er die Ringmauer mit Wall und Graben, und errich-

moenia circumdat, turres exstruit, easque praesidiis firmat: praeterea dies, noctes, aut per vim, aut dolis tentare: defensoribus moenium praemia modo, modo formidinem ostentare; suos hortando ad virtutem erigere: prorsus intentus cuncta parare. Adherbal ubi intelligit, omnes suas fortunas in extremo sitas, hostem infestum, auxilii spem nullam, penuria rerum necessariarum bellum trahi non posse; ex his, qui una Cirtam profugerant, duo maxume impigros delegit, eos, multa pollicendo, ac miserando casum suum, confirmat, uti per hostium munitiones noctu ad proxumum mare, dein Romam pergerent.

24.

Numidae paucis diebus iussa efficiunt. Literae Adherbalis in Senatu recitatae, quarum sententia haec fuit.

„Non mea culpa saepe ad vos oratum „mitto, Patres conscripti; sed vis Iugurthae „subigit. Quem tanta lubido extinguendi me „invasit, uti neque vos, neque Deos immor„tales in animo habeat; sanguinem meum, „quam omnia, malit. Itaque quintum iam

tet Thürme, die er stark mit Besatzung füllt. Dabey versucht er Tag und Nacht Gewalt und Schliche: den Vertheidigern der Mauer zeigt er bald Belohnungen bald Schreckniß, ermahnt die Seinigen, frischt ihren Muth; durchaus geschäftig trift er überall Anstalt. Da nun Adherbal sein ganzes Glück auf die Neige, einen erbitterten Feind, nirgend Hoffnung zur Hilfe sieht, und daß aus Mangel an allen Bedürfnissen der Krieg nicht könne in die Länge gezogen werden, so erlas er sich von denen, die zugleich mit ihm nach Cirta geflohen waren, zwey der rüstigsten, und macht sie durch vieles Versprechen und durch das Bejammern seines Falls entschlossen, zu Nacht durch die Schanzen der Feinde zur nächsten Meersküste, und sofort nach Rom zu eilen.

24.

Die Numiden richten in wenig Tagen den Auftrag aus. Adherbals Brief ward im Senate verlesen. Der Inhalt war dieser:

„Es ist nicht meine Schuld, versammelte Väter, daß ich so oft in Anliegen zu euch schicke, sondern die Gewaltthätigkeit des Jugurtha zwingt mich. Ihn hat eine solche Begier, mich zu zernichten, überfallen, daß sein Sinn sich weder an euch, noch an die unsterblichen Götter kehrt, und er eher mein Blut, als Alles will.

„mensem, socius et amicus populi Romani, „armis obsessus teneor: neque mihi Micipsae „patris beneficia, neque vestra decreta auxili„antur. Ferro, an fame acrius urgear, incer„tus sum. Plura de Iugurtha scribere, dehor„tatur fortuna mea: etiam antea expertus sum, „parum fidei miseris esse. Nisi tamen intelli„go, illum supra, quam ego sum, petere; ne„que simul amicitiam vestram, et regnum „meum sperare: utrum gravius existumet, „nemini occultum est. Nam initio occidit „Hiempsalem fratrem meum: dein patrio re„gno me expulit. Quae sane fuerint nostrae „iniuriae, nihil ad vos. Verum nunc vestrum „regnum armis tenet: me, quem imperato„rem Numidis posuistis, clausum obsidet: „legatorum verba quanti fecerit, pericula „mea declarant. Quid reliquum, nisi vis ve„stra, quo moveri possit? nam ego quidem „vellem, et haec, quae scribo, et quae antea „in Senatu questus sum, vana forent potius, „quam miseria mea fidem verbis faceret. Sed „quoniam eo natus sum, ut Iugurthae scele-

„Daher bin ich — der Bundsgenosse und Freund „des römischen Volks, nun schon den fünften „Monath eingeschlossen, von seinen Waffen um- „rungen. Weder die Wohlthaten des Vaters Mi- „cipsa, noch eure Befehle verschaffen mir Hilfe. „Ob mir das Schwerdt, ob mir der Hunger heftiger „zusetzt, bin ich ungewiß. Mehreres vom Jugur- „tha zu schreiben, verbeut meine Lage. Auch habe „ich es schon vorher erfahren, daß Unglückliche „wenig Glauben finden. Nur so viel dürft' ich „doch absehen, daß er weiter hinaus, als auf mich „ziele, und daß er nicht zugleich eure Freundschaft „und mein Reich hoffe. Was ihm wichtiger gilt, „ist Keinem verborgen. Denn zum Anfange hat „er meinen Bruder Hiempsal ermordet; dann mich „aus dem väterlichen Reiche vertrieben. Doch, „das waren Unbilden gegen uns, nichts an euch. „Jetzt aber hat er gewaffnet euer Reich inne; hält „mich, den ihr den Numiden zum Herrscher vor- „gesetzt habt, eingeschlossen belagert; wie viel er „den Vortrag der Gesandten geachtet, zeigt meine „Gefahr. Was ist übrig, als eure Macht, wo- „durch er könne bewegt werden? Meines Theils „wünschte ich, das sowohl, was ich hier schreibe, „als worüber ich vorher im Senat geklagt habe, „möge vielmehr ungegründet seyn, als daß mein „Elend meine Worte bewährte. Aber weil ich da- „zu gebohren bin, daß ich zur Schau von Jugur-

„rum ostentui essem; non iam mortem, ne„que aerumnas, tantummodo inimici impe„rium et cruciatus corporis deprecor. Regno „Numidiae, quod vestrum est, uti lubet, con„sulite: me ex manibus impiis eripite, per „maiestatem imperii, per amicitiae fidem; si „ulla apud vos memoria avi mei Masinissae.

25.

His literis recitatis, fuere, qui exercitum in Africam mittendum censerent, et quam primum Adherbali subveniendum: de Iugurtha interim uti consuleretur, quoniam non pa ruisset legatis. Sed ab iisdem Regis fautoribus summa ope enisum, ne decretum fieret. Ita bonum publicum, ut in plerisque negotiis solet, privata gratia devictum. Leguntur tamen in Africam maiores natu, nobiles, amplis honoribus: in quîs M. Scaurus, de quo supra memoravimus, consularis, et. tum in Senatu princeps. Hi, quod in invidia res erat, simul et ab Numidis obsecrati, triduo navim ascendere: dein brevi Uticam ap-

„tha's Verruchtheit diene; so begehre ich jetzt nicht „dem Tode, nicht der Bedrängniß, nur der Tyranney meines Feindes, und den Körperquaalen „zu entkommen. Numidiens Reich, was euer ist, „besorgt nach Gefallen; mich entreisset den verruchten Händen; bey der Hoheit eurer Herrschaft, „bey der Freundschaft Treue, und wenn nur etwa noch mein Großvater Masinissa in eurem Andenken lebt."

25.

Nachdem dieser Brief abgelesen war, stimmten einige dahin, man müsse ein Heer nach Africa schicken, und, so bald möglich, dem Adherbal zu Hilfe kommen; indeß solle man sich über Jugurtha berathschlagen, weil er den Gesandten nicht gehorcht hätte. Aber eben die Gönner des Königs bemühten sich aus allen Kräften, daß dies nicht zum Schlusse kam. So lag also das öffentliche Wohl, wie bey den meisten Vorfällen gewöhnlich, der Privatgunst unter. Doch wurden einige nach Africa gesandt, Männer von höherm Alter, edler Abkunft und großem Range; unter diesen der oberwähnte M. Scaurus, Konsular, und damals der Erste im Senat. Die Sache war zu verhaßt, die Numiden drangen; daher stiegen sie schon nach drey Tagen zu Schiffe. Bald landeten sie bey Utica, von wo aus sie einen Brief an Jugurtha

pulsi literas ad Iugurtham mittunt, „quam „ocissume ad provinciam accedat, seque ad „eum ab Senatu missos". Ille ubi accepit, homines claros, quorum auctoritatem Romae pollere audiverat, contra inceptum suum venisse; primo commotus, metu atque lubidine diversus agitabatur. Timebat iram Senati, ni paruisset legatis: porro animus cupidine caecus ad inceptum scelus rapiebat. Vicit tamen in avido ingenio pravum consilium. Igitur, exercitu circumdato, summa vi Cirtam irrumpere nititur; maxume sperans, diducta manu hostium, aut vi, aut dolis sese casum victoriae inventurum. Quod ubi secus procedit, neque, quod intenderat, efficere potest, uti prius, quam legatos conveniret, Adherbalis potiretur; ne amplius morando Scaurum, quem plurimum metuebat, incenderet, cum paucis equitibus in provinciam venit. Ac tametsi Senati verbis minae graves nunciabantur, quod oppugnatione non desisteret; multa tamen oratione consumta, legati frustra discessere.

schickten: „er solle schleunigst in die Provinz kom„men, sie seyen vom Senate an ihn abgesandt.“ Wie jener vernahm, daß so angesehene Männer, von deren viel geltendem Einfluß zu Rom er gehört hatte, seinem Unternehmen zuwider gekommen seyen; da schwankt' er erst unruhig, von Furcht und Begierlichkeit hin und her getrieben. Ihm war bange vor dem Zorn des Senats, falls er den Gesandten nicht gehorchte; wieder riß ihn die blinde Leidenschaft zur begonnenen Unthat. Doch siegte in dem gierigen Sinn der böse Entschluß. Er umgab also Cirta mit seinem Heere, und suchte mit stürmender Macht einzubrechen; der zuversichtlichen Hoffnung, wenn der Haufen der Feinde getrennt wäre, entweder durch Gewalt oder durch List das Siegsglück zu finden Da dies aber anders ausfiel, und er seinen Anschlag, noch vor der Zusammenkunft mit den Gesandten sich des Adherbal zu bemächtigen, nicht ausführen konnte; so kam er, um nicht durch längeres Zögern den ihm sehr furchtbaren Scaurus aufzubringen, mit wenigen Reutern in die Provinz. Obgleich ihm aber im Namen des Senats schwere Drohungen verkündet wurden, weil er nicht von der Belagerung abstünde, schieden doch die Gesandten, nach vielem Zureden, unverrichteter Sache.

26.

Ea postquam Cirtae audita sunt; Italici, quorum virtute moenia defensabantur, confisi, deditione facta, propter magnitudinem populi Romani inviolatos sese fore, Adherbali suadent, „uti seque et oppidum Iugur„thae tradat, tantum ab eo vitam pacisca„tur; de ceteris Senatui curae fore." At ille tametsi omnia potiora fide Iugurthae rebatur; quia penes eosdem, si versaretur, cogendi potestas erat, ita, uti censuerant Italici, deditionem facit. Iugurtha in primis Adherbalem excruciatum necat: dein omnes puberes Numidas et negotiatores promiscue, uti quisque armatis obvius, interfecit

27.

Quod postquam Romae cognitum, et res in Senatu agitari coepta; iidem illi ministri Regis, interpellando ac saepe gratia, interdum iurgiis trahendo tempus, atrocitatem facti leniebant. Ac ni C. Memmius, tribunus ple-

26.

Nicht sobald hörte man dies zu Cirta, als die Italier, deren Tapferkeit die Mauer vertheidigte, im Vertrauen, man würde, aus Achtung der Größe des römischen Volks ihrer schonen, dem Adherbal rathen, „sich und die Stadt an den Ju„gurtha zu ergeben; nur das Leben solle er sich „bedingen; für das Uebrige würde der Senat sor„gen." Zwar hielt dieser auf Alles mehr, als auf Jugurtha's Treue, dennoch, weil eben sie, wenn er sich widersetzte, ihn zu zwingen vermögend waren, ergab er sich so, wie ihm die Italier gerathen. Gleich ließ Jugurtha vor Allen den Adherbal unter Foltern hinrichten; dann alle erwachsene Numiden, und alle Kaufleute ohne Unterschied, so wie jeder den Bewaffneten aufstieß, niederhauen.

27.

Als dies zu Rom bekannt wurde, und man die Sache im Senat in Untersuchung nahm, da suchten eben jene Diener des Königs durch Zwischenreden, und besonders indem sie durch Gunstwerbung, dann auch durch Gegenstreit die Sache in die Länge zogen, die Schwärze der That zu mildern. Und hätte nicht C. Memmius, der vorbestimmte Volkstribun, ein heftiger Mann, und

bis designatus, vir acer et infestus potentiae nobilitatis, populum Romanum edocuisset, „id agi, uti per paucos factiosos Iugurthae „scelus condonaretur", profecto omnis invidia, prolatandis consultationibus, dilapsa erat. Tanta vis gratiae atque pecuniae Regis. Sed ubi Senatus, delicti conscientia, populum timet; lege Sempronia provinciae futuris Consulibus, Numidia atque Italia, decretae: Consules declarantur P. Scipio Nasica, L. Bestia Calpurnius; Calpurnio Numidia, Scipioni Italia obvenit. Dein exercitus, qui in Africam portaretur, scribitur: stipendium, alia, quae bello usui forent, decernuntur.

28.

At Iugurtha, contra spem nuncio accepto, quippe cui, Romae omnia venum ire, in animo haeserat; filium et cum eo duo familiares ad Senatum legatos mittit: hisque, ut illis, quos Hiempsale interfecto miserat, praecipit, omnes mortales pecunia aggredi-

der Uebermacht des Adels feind, dem römischen Volke gezeigt: „es sey darauf angelegt, daß durch Vermittelung weniger Partheygänger dem Jugurtha sein Verbrechen nachgesehen würde;" so wäre fürwahr durch das Hinauszögern der Berathschlagungen der ganze Haß wieder zerfallen. So viel vermogten des Königs Gunst und Gaben. Als aber der Senat, aus Bewußtsein seines Vergehens, anfieng, sich vor dem Volke zu fürchten, so wurden gemäß dem Sempronischen Gesetze den künftigen Konsuln die Provinzen Numidien und Italien bestimmt; zu Konsuln ernannte man P. Scipio Nasica und L. Bestia Calpurnius. Dem Calpurnius fiel Numidien, dem Scipio Italien zu. Darauf ward ein Heer geworben, das nach Africa sollte übergesetzt werden; über Sold und andre Kriegsbedürfnisse wurden Beschlüsse gefaßt.

28.

Jugurtha aber, dem diese Nachricht wider sein Hoffen kam, da bey ihm mal die Meynung fest war, zu Rom sey Alles feil, schickte seinen Sohn, und mit ihm zween seiner Vertrauten als Gesandte an den Senat, und gibt diesen, wie jenen, die er nach Ermordung des Hiempsal abgeschickt hatte, die Weisung: sie sollten Jedermann mit Geld zu gewinnen suchen. Sobald sie vor Rom angekommen waren, frug Bestia beym Se-

antur. Qui postquam Romam adventabant; Senatus a Bestia consultus, *placeretne legatos Iugurthae recipi moenibus* Iique decrevere: *nisi regnum, ipsumque deditum venissent, uti in diebus proxumis decem Italia decederent.* Consul Numidis ex Senati decreto nunciari iubet. Ita infectis rebus illi domum discedunt. Interim Calpurnius, parato exercitu, legat sibi homines nobiles, factiosos, quorum auctoritate, quae deliquisset, munita fore sperabat; in quîs fuit Scaurus, cuius de natura et habitu supra memoravimus. Nam in Consule nostro multae bonaeque artes animi et corporis erant: quas omnes avaritia praepediebat. Patiens laborum, acri ingenio, satis providens, belli haud ignarus, firmissimus contra pericula et insidias. Sed legiones per Italiam Rhegium, atque inde Siciliam, porro ex Sicilia in Africam transvectae. Igitur Calpurnius initio, paratis commeatibus, acriter Numidiam ingressus est, multos mortales, et urbes aliquot pugnando capit.

29.

Sed ubi Iugurtha per legatos pecunia tentare, bellique, quod administrabat, aspe-

nate an: „Ob man des Jugurtha Gesandte in-
„nerhalb den Mauern aufnehmen solle.“ Und der
Senat beschloß: „Wenn sie nicht gekommen wä-
„ren, dessen Reich sammt ihm zu überliefern, soll-
„ten sie in den nächsten zehn Tagen Italien räu-
„men.“ Der Konsul läßt dies gemäß dem Se-
natsschluß den Numiden berichten. Also kehrten
sie unverrichteter Sache nach Hause. Unterdessen,
da das Heer geworben, erliest sich Calpurnius
Einige vom Adel, Partheysüchtige, durch deren
Ansehen er seine etwaige Vergehungen zu decken
hoffte. Unter diesen war Scaurus, von dessen
Charakter und Wesen ich oben Meldung gethan
habe. Denn unser Konsul besaß viele und gute
Fähigkeiten an Geist und Körper, denen allen
Habsucht im Wege stand. Er war arbeitduldend,
scharfen Verstandes, vorsichtig genug, nicht un-
erfahren im Kriege, überaus fest gegen Gefahr
und Tücke. Die Legionen wurden durch Italien
nach Rhegium, von da nach Sicilien, von Sici-
lien weiter nach Africa geführt. Calpurnius also
drang anfangs, nachdem er sich mit Lebensmitteln
versehen, heftig in Numidien ein, machte viele
Gefangene, und eroberte einige Städte.

29.

Kaum aber versuchte Jugurtha durch Ge-
sandte ihn mit Geld zu bestechen, und ihm das

ritatem ostendere coepit; animus, aeger avaritia, facile conversus est. Ceterum socius et administer omnium consiliorum assumitur Scaurus. Qui tametsi a principio, plerisque ex factione eius corruptis, acerrume Regem impugnaverat; tamen magnitudine pecuniae a bono honestoque in pravum abstractus est. Sed Iugurtha primum tantummodo belli moram redimebat, existumans, sese aliquid interim Romae pretio aut gratia effecturum. Postea vero quam participem negotii Scaurum acceperat; in maxumam spem adductus recuperandae pacis, statuit cum eis de omnibus pactionibus praesens agere. Ceterum interea, fidei causa mittitur a Consule Sextius Quaestor in oppidum Iugurthae, Vagam: cuius rei species erat acceptio frumenti, quod Calpurnius palam legatis imperaverat; quoniam deditionis mora induciae agitabantur. Igitur Rex, uti constituerat, in castra venit: ac pauca, praesenti consilio, locutus de invidia facti sui, atque in deditionem uti ac-

Beschwerliche des übernommenen Krieges zu zeigen, so kehrte das bald den an Habsucht krankenden Sinn um. Uebrigens nahm er den Scaurus zum Theilhaber und Gehilfen bey allen seinen Anschlägen. Zwar hatte dieser anfangs, da schon die meisten von seiner Parthey bestochen waren, sich dem Könige auf's heftigste widersetzt; dennoch zog ihn die Menge Geldes vom Wege des Guten und Edlen zur Niederträchtigkeit fort. Jugurtha erkaufte erst nur eine Verzögerung des Krieges, in der Meynung, er werde indeß zu Rom durch Geld oder Gunst etwas ausrichten. Nachdem aber Scaurus an seiner Sache Theil genommen hatte, faßte er volle Hoffnung, Frieden zu erhalten, und beschloß, über Alles mündlich mit ihnen zu unterhandeln. Unterdessen schickte der Konsul den Quästor Sextius als Geissel der Sicherheit in die dem Jugurtha angehörige Stadt Vaga; *) unter dem Vorwand, das Getraide zu empfangen, was Calpurnius öffentlich von den Gesandten gefordert hatte, indem man der verzögerten Ergebung halber Waffenstillstand pflog. Der König kommt also gemäß der Verabredung in's Lager, und, nachdem er vor dem gegenwärtigen Rathe weniges über den Haß wegen seiner That, und

*) Nach Anderen, Vacca.

ciperetur; reliqua cum Bestia et Scauro secreta transigit: dein postero die, quasi per saturam exquisitis sententiis, in deditionem accipitur. Sed uti pro consilio imperatum erat, elephanti triginta, pecus atque equi multi, cum parvo argenti pondere Quaestori traduntur. Calpurnius Romam ad magistratus rogandos proficiscitur. In Numidia et exercitu nostro pax agitabatur.

30.

Postquam res in Africa gestas, quoque modo actae forent, fama divolgavit; Romae per omnes locos et conventus de facto Consulis agitari. Apud plebem gravis invidia: Patres solliciti erant; probarentne tantum flagitium, an decretum Consulis subverterent, parum constabat. Ac maxume eos potentia Scauri, quod is auctor et socius Bestiae ferebatur, a vero, bono, impediebat. At C. Memmius, cuius de libertate ingenii et odio potentiae nobilitatis supra diximus, inter dubitationem et moras Senati, concionibus populum ad vindicandum hortari: monere, ne rempublicam,

wie daß man seine Ergebung annehmen möchte, geredt hatte, macht er das Uebrige mit dem Bestia und Scaurus besonders ab. Dann wird des folgenden Tags, durch gleichsam im Gemisch gesammelte Stimmen, die Ergebung angenommen. Doch werden nach der Forderung des Raths dreyßig Elephanten, eine Menge Vieh und Pferde, und ein geringer Betrag an Silber dem Quästor überliefert. Calpurnius reist nach Rom zur Wahl der Magistratspersonen. In Numidien und bey unserm Heere pflog man des Friedens.

30.

Sobald von dem, was in Africa vorgefallen, und wie es sich gefügt, das Gerücht sich verbreitet hatte; da trieb man sich zu Rom an allen Orten, in allen Zusammenkünften mit dem Verfahren des Konsuls. Bey dem Volke entstand bitterer Haß; die Väter waren verlegen; sie wußten nicht, ob sie ein so großes Vergehen billigen, oder den Abschluß des Konsuls umwerfen sollten. Am meisten hinderte die Macht des Scaurus, weil dieser der Rathgeber und Genosse des Bestia hieß, ein rechtliches und gutes Benehmen. Aber C. Memmius, von dessen freyem Geiste und Haß gegen die Uebermacht des Adels ich oben geredt habe, munterte während des Zweifelns und Zögerns des Senats, durch öffentliche Reden das Volk zur

ne libertatem suam desererent: multa superba, crudelia facinora nobilitatis ostendere: prorsus intentus omni modo plebis animum accendebat. Sed quoniam ea tempestate Memmii facundia clara pollensque fuit; decere existumavi, unam ex tam multis orationem perscribere, ac potissimum, quae in concione post reditum Bestiae huiuscemodi verbis disseruit.

31.

„Multa me dehortantur a vobis, Quiri„tes, ni studium reipublicae omnia superet: „opes factionis, vestra patientia, ius nullum; „ac maxume, quod innocentiae plus pericu„li, quam honoris, est. Nam illa quidem „piget dicere, his annis XX quam ludibrio „fueritis superbiae paucorum; quam foede, „quamque inulti perierint vestri defensores; „ut vobis animus ab ignavia atque secordia „corruptus sit: qui ne nunc quidem, obno„xiis inimicis, exsurgitis, atque etiam nunc „timetis, quibus decet terrori esse. Sed quam„quam haec talia sunt; tamen obviam ire „factionis potentiae, animus subigit. Certe

Rache auf; ermahnte es, nicht den Staat, nicht seine Freyheit zu verlassen; stellte ihm viele stolze und grausame Thaten des Adels dar: bot Alles auf, den Muth des Pöbels zu entflammen. Weil nun damals des Memmius Wohlredenheit in Rom glänzend und mächtig war, so habe ich es für schicklich erachtet, eine von seinen vielen Reden niederzuschreiben, und vor allen andern das, was er nach der Rückkunft des Bestia vor dem Volke mit ungefähr folgenden Worten geredt hat.

31.

„Vieles mahnt mich von euch ab, Quiriten, „wenn nicht der Eifer für den Staat Alles über„wände: die Macht der Parthey, euer Dulden; „nirgend gilt Recht, und am meisten, die Un„schuld trift mehr Gefahr als Ehre. Denn das „freylich verdrüßt mich zu sagen, wie ihr seit zwan„zig Jahren dem Uebermuth einiger Wenigen zum „Spotte waret; wie schändlich und ungerächt eure „Vertheidiger fielen; wie Schlaffheit und Fahr„lässigkeit euch den Muth gebrochen: die ihr noch „nicht mal jetzt, da die Widersacher danieder lie„gen, euch erhebet, und auch jetzt noch diejenigen „fürchtet, denen ihr Schrecken seyn solltet. Aber „wiewohl dem also ist, dennoch drängt mich mein „Sinn, der Macht dieser Rotte entgegen zu gehen. „Ich gewiß will der Freyheit nachstreben, die mir

„ego libertatem, quae mihi a parente tradi-„ta est, experiar: verum id frustra, an ob rem „faciam, in vestra manu situm, Quirites. „Neque ego hortor, quod saepe maiores ve-„stri fecere, uti contra iniurias armati eatis. „Nihil vi, nihil secessione opus: necesse est, „suomet ipsi more praecipites eant. Occiso „Tiberio Graccho, quem regnum parare aie-„bant, in plebem Romanam quaestiones ha-„bitae sunt. Post C. Gracchi et M. Fulvii „caedem, item multi vestri ordinis in carce-„re necati sunt: utriusque cladis non lex, „verum lubido eorum finem fecit. Sed sane „fuerit regni paratio, plebi sua restituere. „Quidquid sine sanguine civium ulcisci ne-„quitur, iure factum sit. Superioribus an-„nis taciti indignabamini, aerarium expila-„ri; reges et populos liberos paucis nobili-„bus vectigal pendere, penes eosdem et sum-„mam gloriam, et maxumas divitias esse: „tamen haec talia facinora impune suscepis-„se parum habuere. Itaque postremo leges, „maieſtas vestra, divina et humana omnia „hostibus tradita sunt. Neque eos, qui fece-

„mein Vater als Erbtheil gab. Ob ich's vergeb-
„lich, oder mit Erfolg thun werde, das steht in
„eurer Hand, Quiriten. Ich fodre euch nicht
„auf, daß ihr, was eure Vorfahren oft thaten,
„gewaffnet dem Unrechte entgegen gehet. Keine
„Gewalt, keine Trennung ist noth; sicher ihr eig-
„nes Verfahren muß sie stürzen. Nach Ermor-
„dung des Tiberius Gracchus, der, wie's hieß,
„sich die Herrschaft eignen wollte, wurden gegen
„das römische Volk Untersuchungen verhängt.
„Nach der Hinrichtung des C. Gracchus und M.
„Fulvius wurden ebenfalls viele von eurem Stan-
„de im Kerker getödtet. Beydesmal machte nicht
„das Gesetz, sondern ihre Willkühr dem Morden
„ein Ende. Nun ja, Streben nach Herrschaft
„sey dem Volke seine Freyheit herstellen; es sey
„mit Recht gethan, was ohne Bürgerblut nicht
„vermag gerächet werden. Die letztern Jahre habt
„ihr im Stillen gezürnt, daß die Schatzkammer
„geplündert wurde, daß Könige und freye Völ-
„ker Wenigen von Adel Tribut zollten, daß eben
„Dieselben die höchsten Würden, und den grösten
„Reichthum in Händen hatten: dennoch galt's
„ihnen wenig, dergleichen Unfug ungestraft ge-
„trieben zu haben. So sind dann endlich Gesetze,
„eure Hoheit, Göttliches und Menschliches, Al-
„les den Feinden dahingegeben. Und die, wel-
„che es thaten, zeigten nicht Schaam, nicht Reue;

„re, pudet aut poenitet: sed incedunt per „ora vestra magnifici, sacerdotia et consu„latus, pars triumphos suos ostentantes; per„inde quasi ea honori, non praedae habe„ant. Servi aere parati imperia iniusta „dominorum non perferunt: vos, Quiri„tes, imperio nati, aequo animo servi„tutem toleratis. At qui sunt hi, qui rem„publicam occupavere? homines scelera„tissumi, cruentis manibus, immani avari„tia, nocentissumi, iidemque superbissumi; „quîs fides, decus, pietas, postremo honesta „atque inhonesta omnia quaestui sunt. Pars „eorum occidisse tribunos plebis, alii quae„stiones iniustas, plaerique caedem in vos fe„cisse, pro munimento habent. Ita quam „quisque pessume fecit, tam maxume tutus „est. Metum a scelere suo ad ignaviam ve„stram transtulere, quos omnes eadem cu„pere, eadem odisse, eadem metuere in un„unum coëgit. Sed haec inter bonos amici„tia, inter malos factio est. Quod si tam li„bertatis curam haberetis, quam illi ad do„minationem accensi sunt; profecto neque „respublica, sicuti nunc, vastaretur; et be-

„sondern da schreiten sie vor euren Augen prächtig einher, mit Priesterthum und Konsulat, zum „Theil mit ihren Triumphen prangend; gleich als „gölte das Ehre und nicht für Raub. Sklaven, „mit Geld erkauft, dulden den Druck ihrer Herren nicht; Ihr, Quiriten, zum Herrschen gebohren, ertragt mit Gleichmuthe Knechtschaft. Aber „was sind sie, die sich des Staats bemächtiget „haben? Die verruchtesten Menschen, mit bluttriefenden Händen, von ungeheurer Habsucht, „die verderblichsten, und dabey die übermüthigsten, welche Treue, Würde, Vaterlandsliebe, „endlich alles Ehrbare und Unehrbare feil haben. „Einigen ist Ermordung der Volkstribunen, Anderen ungerechtes Urtheil, den Meisten das zur „Schutzwehr, daß ihr die Schlachtopfer wart. „So ist jeder, um so mehr er verbrochen, um so „mehr sicher. Die Furcht haben sie von ihrem „Frevel auf eure Zagheit übertragen. Sie insgesammt hat die nämliche Begier, der nämliche „Haß, die nämliche Furcht zusammen vereint. Unter Braven ist das Freundschaft, unter Bösewichtern Rottung. Hättet ihr eben so viel Sorge für Freyheit, als jene zur Herrschsucht entflammt sind; wahrlich dann würde das gemeine „Wesen nicht, wie jetzt verwüstet, und eure Wohlthaten würden den Bravsten, nicht den Verwegensten heimfallen. Eure Vorfahren haben, ihr

„neficia vestra penes optumos, non audacis-„sumos, forent. Maiores vestri, parandi iu-„ris et maiestatis constituendae gratia, bis, „per secessionem, armati Aventinum occu-„pavere: vos pro libertate, quam ab illis ac-„cepistis, non summa ope nitemini? atque „eo vehementius, quod maius dedecus est, „parta amittere, quam omnino non paravis-„se. Dicet aliquis: Quid igitur censes? vin-„dicandum in eos, qui hosti prodidere rem-„publicam: non manu; neque vi, quod ma-„gis vos fecisse, quam illis accidisse indig-„num: verum quaestionibus et indicio ipsius „Iugurthae. Qui si dedititius, profecto iussis „vestris obediens erit: sin ea contemnit, sci-„licet aestumabitis, qualis illa pax, aut deditio „sit, ex qua ad Iugurtham scelerum impuni-„tas; ad paucos maxumae divitiae, in rempu-„blicam damna, dedecora pervenerint. Nisi „forte nondum etiam vos dominationis eorum „satietas tenet; et illa, quam haec tempora, „magis placent; cum regna, provinciae, le-„ges, iura, iudicia, bella, paces, postremo „divina et humana omnia penes paucos „erant. Vos autem, hoc est, populus Roma-„nus, invicti ab hostibus, imperatores omni-

„Recht geltend zu machen, und ihre Hoheit zu
„gründen, zweymal sich getrennt, und bewaffnet
„sich auf dem Aventin gesetzt: und Ihr solltet nicht
„für die Freyheit, die ihr von jenen erhieltet, mit
„aller Macht streben? und das um so stärker,
„weils größere Schande ist, Erworbenes verlie-
„ren, als gar nicht erworben haben. — Frägt
„Einer, wozu ich dann rathe? Rächen müßt ihr's
„an denen, welche dem Feinde den Staat ver-
„riethen: nicht mit der Faust, nicht mit Gewalt;
„das zu thun stände euch minder an, als ihnen,
„das zu erleiden; sondern durch Nachforschung
„und die Angabe des Jugurtha selbst. Hat die-
„ser sich ergeben, so wird er traun! euren Befeh-
„len gehorchen; wo er sie verachtet, nun dann
„werdet ihr erkennen, was das für ein Friede
„oder ein Ergeben sey, woraus dem Jugurtha
„Unsträfflichkeit der Frevelthaten, wenigen Mäch-
„tigen der gröste Reichthum, dem Staate Ver-
„derben, Schande angediehen. Oder ihr müstet
„noch nicht ihrer Tyranney müde seyn, und mehr
„als die jetzigen müsten euch jene Zeiten gefallen,
„wo Reiche, Provinzen, Gesetze, Rechte, Gerichts-
„höfe, Krieg, Frieden, kurz, Göttliches und
„Menschliches, Alles einige Wenige in Händen
„hatten; Ihr aber, das heist, das römische Volk,
„unbesiegt von Feinden, Beherrscher aller Natio-
„nen, euch genügtet, das Leben zu fristen. Denn,

„um gentium, satis habebatis animam retine„re. Nam servitutem quidem quis vestrum „recusare audebat? Atque ego tametsi viro „flagitiosissumum existumo, impune iniuriam „accepisse; tamen vos hominibus sceleratis„sumis ignoscere, quoniam cives sunt, aequo „animo paterer, nisi misericordia in pernici„em casura esset. Nam et illis, quantum „importunitatis habent, parum est, impune „male fecisse, nisi deinde faciundi licentia „eripitur: et vobis aeterna sollicitudo rema„nebit, cum intelligetis, aut serviundum es„se, aut per manus libertatem retinendam. „Nam fidei quidem aut concordiae quae spes? „Dominari illi volunt; vos liberi esse: face„re illi iniurias; vos prohibere: postremo so„ciis vestris veluti hostibus, hostibus pro „sociis utuntur. Potestne in tam diversis „mentibus pax aut amicitia esse? Quare „moneo hortorque, ne tantum scelus impu„nitum omittatis. Non peculatus aerarii fac„tus est, neque per vim sociis ereptae pe„cuniae: quae quamquam gravia, tamen con„suetudine iam pro nihilo habentur. Hosti „acerrumo prodita Senati auctoritas, prodi-

„wer von euch wagte es wohl, der Knechtschaft
„sich zu wehren? Und ich, wiewohl es mir für
„einen Mann das schändlichste dünkt, ungerächet
„Kränkung erlitten zu haben, ich würde es doch
„mit Gleichmuth dulden, daß ihr den verruchte-
„sten Menschen verziehet, weils Bürger sind, wo-
„fern nicht das Erbarmen euch in's Verderben
„stürzte. Denn ihnen, so ungebährdig sind sie,
„gilt es was geringes, ungestraft verbrochen zu
„haben, wo nicht die Freyheit, es ferner zu thun,
„ihnen entrissen wird; und Euch wird ewige Be-
„drängniß bleiben, wenn ihr's sehen werdet, daß
„ihr entweder Sklaven seyn, oder gewaffneter
„Hand die Freyheit behaupten müsset. Denn wo
„ist Hoffnung auf Treue und Eintracht? Herrschen
„wollen Sie, Ihr, frey seyn; Sie wollen drü-
„cken, Ihr es wehren: endlich behandeln sie eure
„Bundsgenossen als Feinde, eure Feinde als
„Bundsgenossen. Kann bey so abgekehrten Ge-
„sinnungen Friede oder Freundschaft werden?
„Deshalb warne und mahn' ich euch, ein so gro-
„ßes Verbrechen nicht ungeahndet zu lassen. Nicht
„ein Raub des Schatzes ist begangen, es sind
„nicht den Verbündeten gewaltsam Gelder entris-
„sen: das, so schwere Verbrechen es sind, läßt
„jetzt die Gewöhnlichkeit nichts achten. Dem ärg-
„sten Feinde ist das Ansehen des Senats verra-
„then, verrathen euer Reich, und hier und im

„imperium vestrum: domi militiaeque respu„blica venalis fuit. Quae nisi quaesita erunt, „ni vindicatum in noxios: quid reliquum, „nisi ut illis, qui ea fecere, odedientes vivamus? „Nam impune quaelibet facere, id est Regem „esse. Neque ego, Quirites, hortor, ut ma„litis cives vestros perperam, quam recte fe„cisse; sed ne, ignoscendo malis, bonos per„ditum eatis. Ad hoc in republica multo „praestat beneficii, quam maleficii immemo„rem esse. Bonus tantummodo segnior fit, „ubi neglegas; at malus improbior. Ad hoc „si iniuriae non sint, haud saepe auxilii „egeas."

32.

Haec atque alia huiuscemodi saepe dicundo, Memmius populo persuadet, uti L. Cassius, qui tum Praetor erat, ad Iugurtham mitteretur, eumque interposita fide publica, Romam duceret; quo facilius indicio Regis, Scauri et reliquorum, quos pecuniae captae arcessebant, delicta patefierent. Dum haec Romae geruntur, qui in Numidia relicti a Bestia ex-

„Felde das gemeine Wesen feil geboten. Wenn „dies nicht untersucht wird, nicht gerächet an den „Schuldigen: was bleibt übrig, als daß wir de„nen, die solches thaten, unterthan leben? denn „alles, was einem behagt, ungestraft thuen, heißt „König seyn. Ich mahn' euch nicht auf, Quiriten, „daß ihr das schlechte Verfahren eurer Bürger nun „lieber wollt, als daß sie rechtlich gehandelt hätten; „sondern damit ihr nicht durch Nachsicht gegen Böse„wichte Rechtschaffene in's Verderben stürzet. Dazu „ist es in einem Freystaate viel zuträglicher, guter, „als böser Thaten nicht eingedenk zu seyn. Der „Brave wird nur lässiger, wo man ihn übersieht; „der Bösewicht aber ruchloser. Dann, wo keine „Beeinträchtigung ist, da bedarf's nicht oft der „Hilfe."

32.

Durch diese und der Art oft wiederhohlte Reden bringt Memmius das Volk dahin, daß L. Cassius, damals Prätor, zum Jugurtha geschickt wurde, um ihn unter verheißnem öffentlichen Schutz nach Rom zu führen, damit um so leichter durch die Angabe des Königs die Verbrechen des Scaurus und der Uebrigen, die man wegen genommenen Geldes vorforderte, offenbar würden. Während dies in Rom vorgeht, folgten diejenigen, welche als Befehlshaber Bestia beym

ercitui praeerant, sequuti morem imperatoris, plurima et flagitiosissuma facinora fecere. Fuere, qui auro corrupti elephantos Iugurthae traderent: alii perfugas vendere, et pars ex pacatis praedas agebant. Tanta vis avaritiae in animos eorum, veluti tabes, invaserat. At Cassius, populi Romani perlata rogatione a C. Memmio, ac perculsa omni nobilitate, ad Iugurtham proficiscitur. Eique timido et ex conscientia diffidenti rebus suis persuadet, quoniam se populo Romano dedidisset, ne vim, quam misericordiam experiri mallet: privatim praeterea fidem suam interponit, quam ille non minoris, quam publicam ducebat. Talis ea tempestate fama de Cassio erat.

33.

Igitur Iugurtha, contra decus regium, cultu quam maxume miserabili, cum Cassio Romam venit. Ac tametsi in ipso magna vis animi erat, confirmatus ab omnibus, quorum potentia aut scelere cuncta gesserat, C. Baebium tribunum plebis magna mercede parat, cuius impudentia contra ius et iniuri-

Heere zurückgelassen hatte, der Weise des Heerführers; sie verübten die schändlichsten Unthaten ohne Zahl. Einige, durch Geld bestochen, lieferten dem Jugurtha die Elephanten aus; Andere verkauften die Ueberläufer; und ein Theil plünderte feindliche Gegenden. So eine heftige Gier nach Geld hatte, wie eine Seuche, die Gemüther befallen. Cassius aber reiset, nachdem der Vorschlag des C. Memmius vom Volke angenommen worden, zur Bestürzung des ganzen Adels, nach dem Jugurtha, und da dieser ohnehin voll Furcht aus Bewußtseyn seiner Sache mistraute, überredet er ihn, er solle, weil er sich dem römischen Volke ergeben, nicht lieber dessen Macht als Nachsicht versuchen. Zudem gibt er ihm persönlich sein Wort, welches jener nicht minder achtete, als die öffentliche Zusage. So groß war damals des Cassius Ansehen.

33.

Jugurtha kam also, wider königliche Würde, in einem höchst elenden Aufzuge, mit dem Cassius nach Rom. Zwar hegte er selbst hohen Muth, bestärkt von allen, durch deren Macht oder Verbrechen er das gesammte ausgeführt hatte; dennoch suchte er den Volkstribun C. Bäbius um hohen Preis zu erkaufen, damit dessen Unverschämtheit ihn gegen alles Recht und alle Unbild sichere.

as omnes munitus foret. At C. Memmius, advocata concione, quamquam Regi infesta plebes erat, et pars *in vincula duci* iubebat, pars *ni socios sceleris aperiret, more maiorum, de hoste supplicium sumi*; dignitati, quam irae, magis consulens, sedare motus, et animos mollire; postremo confirmare, *fidem publicam per sese inviolatam fore*. Post, ubi silentium coepit, producto Iugurtha, verba fecit: *Romae Numidiaeque facinora eius memorat*; *scelera in patrem fratresque* ostendit. *Quibus iuvantibus quibusque ministris egerit, quamquam itelligat populus Romanus: tamen velle manifesta magis ex illo habere. Si vera aperiret, in fide et clementia populi Romani magnam spem illi sitam: sin reticeat, non sociis saluti fore; sed se suasque spes corrupturum.*

34.

Dein, ubi Memmius dicundi finem fecit, et Iugurtha respondere iussus est, C. Baebius tribunus plebis, quem pecunia corruptum

Memmius aber berief eine Volksversammlung; und so sehr der gemeine Haufen auf den König erbittert war, und ein Theil darauf bestand, ihn in Fesseln zu werfen; ein anderer, man solle den Feind, wenn er die Mitverbrecher nicht entdecke, nach Weise der Vorfahren hinrichten; zog er doch mehr die Würde als den Zorn zu Rath, stillte die Bewegungen, und besänftigte die Gemüther; endlich betheuerte er: er werde die öffentliche Schutzzusage nicht verletzen lassen. Wie darauf Stille begann, führt er den Jugurtha vor. Er zählt dessen Verbrechen in Rom und Numidien auf; zeigt die Schandthaten gegen Vater und Brüder; dann: „Wiewohl das römische Volk wisse, „durch welche Gehülfen und Diener er alles aus-„geführt hätte, dennoch wolle es von ihm mehr „handgreifflichen Beweisthum haben. Falls er „die Wahrheit entdecke, könne er von der Treue „und Gelindigkeit des römischen Volks vieles „hoffen: wofern er sie verschwiege, so würde das „seinen Genossen nichts frommen, aber ihn und „seine Hoffnungen stürzen."

34.

Als dann Memmius seine Rede schloß, und Jugurtha zur Antwort aufgefodert wurde, hieß der Volkstribun C. Bäbius, der, wie oben gesagt, mit Geld bestochen war, den König schweigen:

supra diximus, *regem tacere* iubet. Ac tametsi multitudo, quae in concione aderat, vehementer accensa, terrebat eum clamore, voltu, saepe impetu atque aliis omnibus, quae ira fieri amat: vicit tamen impudentia. Ita populus ludibrio habitus ex concione discessit; Iugurthae Bestiaeque et ceteris, quos illa quaestio exagitabat, animi augescunt.

35.

Erat ea tempestate Romae Numida quidam, nomine Massiva, Gulussae filius, Masinissae nepos, qui, quia in dissensione regum, Iugurthae adversus fuerat, dedita Cirta, et Adherbale interfecto, profugus ex Africa abierat. Huic Sp. Albinus, qui proxumo anno post Bestiam cum Q. Minucio Rufo Consulatum gerebat, persuadet, quoniam ex stirpe Masinissae sit, Iugurthamque ob scelera invidia cum metu urgeat, regnum Numidiae ab Senatu petat. Avidus Consul belli gerundi novari, quam senescere omnia malebat. Ipsi provincia Numidia, Minucio Macedonia evenerat. Quae postquam Massiva agitare coepit, neque Iugurthae in amicis satis prae-

Und wiewohl die versammelte Volksmenge heftig entrüstet, mit Schrey und Gebehrde, oft durch Zudrängen und alle andern Ausbrüche des Zorns ihn schreckte; dennoch siegte die Unverschämtheit. Das Volk, dem man so mitgespielt hatte, gieng auseinander; dem Jugurtha, dem Bestia, und den Uebrigen, die durch jene Untersuchung aufgeschreckt wurden, wuchs nun der Muth.

35.

Damals befand sich zu Rom ein gewisser Numide, Namens Massiva, des Gulussa Sohn, und Enkel des Masinissa, der, weil er bey dem Zwiespalt der Könige dem Jugurtha entgegen gewesen, nach der Uebergabe von Cirta und der Ermordung des Adherbal aus Africa geflohen war. Diesen überredt Sp. Albinus, welcher im nächsten Jahre nach dem Bestia mit Q. Minucius Rufus das Konsulat bekleidete, er solle, weil er vom Masinissa abstamme, und dem Jugurtha seiner Verbrechen halber Haß und Furcht zusetze, um das Reich Numidiens beym Senate anhalten. Der Konsul voll Begierde zum Kriegführen, wollte lieber alles erneuet als hinaltern sehen. Ihm war die Provinz Numidien, dem Minucius Macedonien zugefallen. Da Massiva dies zu betreiben anfieng, Jugurtha aber an seinen Freunden nicht Schutz genug hatte, weil den einen böses Bewußt-

sidii est, quod eorum alium conscientia, alium mala fama et timor impediebat; Bomilcari, proxumo ac maxume fido sibi, imperat, *pretio*, sicuti multa confecerat, *insidiatores Massivae paret: ac maxume occulte; sin id parum procedat, quovis modo Numidam interficiat.* Bomilcar mature regis mandata exsequitur: et per homines, talis negotii artifices, itinera egressusque eius, postremo loca atque tempora cuncta explorat: deinde ubi res postulabat, insidias tendit. Igitur unus ex eo numero, qui ad caedem parati erant, paulo inconsultius Massivam aggreditur, illum obtruncat: sed ipse deprehensus, multis hortantibus et in primis Albino consule, indicium profitetur. Fit reus magis ex aequo bonoque, quam ex iure gentium, Bomilcar, comes eius, qui Romam fide publica venerat. At Iugurtha manifestus tanti sceleris, non prius omisit contra verum niti, quam animum advertit, supra gratiam atque pecuniam suam invidiam facti esse. Igitur quamquam in priore actione ex amicis quinquaginta vades dederat; regno magis, quam vadibus consulens, clam in Nu-

sein, den andren übler Ruf und Furcht abhielt; so trägt er dem Bomilcar, seinem Vertrauten und Getreusten, auf: „Er solle für Geld, als wodurch „er schon vieles ausgeführt hatte, Meuchelmörder „dingen, und das möglichst geheim; wo dies „nicht angehe, müsse er auf jede sonstige Weise „den Numiden wegräumen." Bomilcar vollzieht zeitig den Auftrag des Königs, und kundschaftet durch Leute, die in dergleichen Dingen Meister waren, seine Wege und Gänge, kurz, alle Ort- und Zeit-Umstände aus: dann, als es die Gelegenheit hieß, schreitet er zur Ausführung der Tücke. Einer der gedungenen Mörder überfällt, etwas unbedachtsam den Massiva; er haut ihn nieder, er selbst wird aber ergriffen, und durch Zureden Vieler, vorzüglich des Konsuls Albinus zum Bekenntniß gebracht. Mehr der Gerechtigkeit und Billigkeit zu Folge, als nach dem Völkerrecht ward Bomilcar, Gefährte desjenigen, der unter öffentlichem Schutz nach Rom gekommen war, vor Gericht gezogen. Jugurtha, einer solchen Schandthat überwiesen, hörte nicht eher auf, gegen die Wahrheit sich aufzulehnen, als bis er wahrnahm, daß über den Haß wegen dieser That Gunst und Geld nichts vermogten. Obgleich er nun bey der ersten Anklage funfzig seiner Freunde zu Bürgen gestellt hatte; so ließ er sich doch mehr seines Reichs, als der Bürgen angelegen seyn, und schick-

diam Bomilcarem dimittit, veritus, ne reliquos populares metus invaderet parendi sibi, si de illo supplicium sumtum foret. Et ipse paucis diebus profectus est, iussus ab Senatu Italia decedere. Sed postquam Roma egressus est, fertur saepe eo tacitus respiciens, postremo dixisse: *urbem venalem et mature perituram, si emtorem invenerit.*

36.

Interim Albinus, renovato bello, commeatum, stipendium, alia, quae militibus usui forent, maturat in Africam portare: ac statim ipse profectus, uti ante comitia, quod tempus haud longe aberat, armis aut deditione, aut quovis modo bellum conficeret. At contra Iugurtha trahere omnia, et alias, deinde alias morae causas facere: polliceri deditionem ac deinde metum simulare: instanti cedere, et paulo post, ne sui diffiderent, instare: ita belli modo, modo pacis mora Consulem ludificare. Ac fuere, qui tum Albinum haud ignarum consilii regis ex-

te den Bomilcar heimlich nach Numidien: aus Besorgniß, seinen übrigen Anhang mögte Furcht befallen, ihm weiter zu gehorchen, wenn jener mit dem Tode bestraft wäre. Er selbst reiste nach wenigen Tagen ab, indem der Senat ihm gebot, aus Italien zu weichen. Wie er aber aus Rom gegangen war, soll er oft schweigend dahin zurückgeblickt, endlich gesagt haben: „O der feilen „und zum Untergang reifen Stadt, wo sie einen „Käufer findet."

36.

Unterdessen, da nun der Krieg erneuert ward, eilte Albinus, Lebensmittel, Geld und andre Kriegsbedürfnisse nach Africa zu bringen: und bald reist er selbst ab, um noch vor der Wahlzeit, die nicht weit entfernt war, entweder durch die Waffen, oder auf Ergebung, oder jede andere Art den Krieg zu beenden. Jugurtha hingegen zog alles in die Länge, machte bald dies bald jenes zur Ursach seines Zögerns: nun versprach er Unterwerfung, dann stellt' er sich bange; nun wich er dem aufdringenden Feind, und bald darauf, damit die Seinigen nicht zagten, drang er selbst auf ihn ein. Also hinzögernd bald mit Krieg bald mit Frieden trieb er mit dem Konsul sein Spiel. Es waren Einige der Meynung, dem Albinus seyen damals die Absichten des Königs nicht un-

istumarent; neque ex tanta properantia tam facile tractum bellum secordia magis, quam dolo crederent. Sed postquam, dilapso tempore, comitiorum dies adventabat; Albinus Aulo fratre in castris pro Praetore relicto, Romam decessit.

37.

Ea tempestate Romae seditionibus tribuniciis atrociter respublica agitabatur. P. Lucullus et L. Annius, tribuni plebis, resistentibus collegis, continuare magistratum nitebantur: quae dissensio totius anni comitia impediebat. Ea mora in spem adductus Aulus, quem pro Praetore in castris relictum supra diximus, aut conficiundi belli, aut terrore exercitus ab rege pecuniae capiundae, milites mense Ianuario ex hibernis in expeditionem evocat: magnis itineribus, hieme aspera, pervenit ad oppidum Suthul, ubi regis thesauri erant. Quod quamquam et saevitia temporis, et opportunitate loci, neque capi, neque obsideri poterat; nam circum murum, situm in praerupti montis extremo, planities limosa hiemalibus aquis paludem

bekannt gewesen; sie glaubten, daß, nachdem er so geeilt, nicht sowohl Fahrlässigkeit, als Hintertücke den Krieg in die Länge gezogen habe. Als aber nach Ablauf der Zeit der Wahltag kam, ließ Albinus seinen Bruder Aulus, als Proprätor im Lager zurück, und gieng nach Rom.

37.

Zu dieser Zeit ward in Rom der Staat durch Aufstand unter den Tribunen heftig gerüttelt. P. Lucullus und L. Annius strebten, Trotz dem Widerstande ihrer Collegen, ihre Stellen noch fort zu behalten. Dieser Zwist hinderte in dem ganzen Jahre die Wahl. Dem Aulus aber, der, wie oben gesagt, als Proprätor im Lager zurückgelassen war, machte das Zögern Hoffnung, entweder den Krieg zu enden, oder durch's Schrecken seines Heers von dem König Geld zu erzwingen. Er ließ also die Soldaten im Monath Januar aus dem Winterlager aufbrechen, und kam durch starke Märsche im rauhen Winter bey der Stadt Suthul an, wo die königlichen Schätze waren. Zwar konnte dieselbe wegen des Ungestüms der Jahrszeit und der vortheilhaften Lage, weder eingenommen noch belagert werden; denn rings um die Mauer, die auf einer steilen Gebürgspitze stand, war die schlammigte Ebne durch die Wintergewässer zum Sumpfe geworden; dennoch — entweder

fecerat: tamen, aut simulandi gratia, quo regi formidinem adderet, aut cupidine caecus, vineas agere, aggerem iacere, alia quae incepto usui forent, properare.

38.

At Iugurtha, cognita vanitate atque imperitia legati, subdolus augere amentiam: missitare supplicantes legatos: ipse, quasi vitabundus, per saltuosa loca et tramites exercitum ductare. Denique Aulum spe pactionis perpulit, uti, relicto Suthule, in abditas regiones sese, veluti cedentem, inseqeretur. (Ita delicta occultiora fuere). Interea per homines callidos die noctuque exercitum tentabat: centuriones ducesque turmarum, partim uti transfugerent, alii, signo dato, locum uti desererent. Quae postquam ex sententia instruxit, intempesta nocte, de improviso multitudine Numidarum Auli castra circumvenit. Milites Romani, tumultu perculsi insolito, arma capere alii, alii se abdere, pars territos confirmare, trepidare omnibus locis: vis magna hostium, coelum nocte atque nubibus obscuratum, periculum

zum Schein, um dem König Furcht einzujagen, oder blind vor Begier — rückte er Sturmdächer an, warf Schanzen auf, beschleunigte Alles, was zu dem Unternehmen diente.

38.

Wie aber Jugurtha die Thörigkeit und Unerfahrenheit des Legaten sah; so suchte er mit schlauer Tücke den Unsinn zu bestärken; schickte daher einen Gesandten nach dem andern mit Friedens-Bitten; er selbst, als wollt' er ihm ausweichen, führte das Heer durch Waldungen und geheime Fußsteige. Endlich bracht' er den Aulus durch Hofnung eines Vertrages dahin, daß er Suthul verlies, und ihn, gleichsam fliehend, in abgelegene Gegenden verfolgte. So blieben böse Streiche verdeckter. Indeß bestach er Tag und Nacht durch verschlagene Leute das Heer: die Centurionen und Anführer der Geschwader sollten theils übergehen, theils auf gegebenes Zeichen ihren Posten verlassen. Als dies nach Wunsch eingeleitet war, umkam er mitten in der Nacht unversehens mit einer großen Anzahl Numiden das Lager des Aulus. Die Römer, bestürzt durch den ungewöhnlichen Lärm, greifen, der Eine zu den Waffen, der Andere verbirgt sich; ein Theil ruft die Erschrockenen auf. Ueberall Tummeln. Des Feindes zahlreiche Macht, der von Nacht

anceps: postremo fugere, an manere, tutius foret, in incerto erat. Sed ex eo numero, quos paulo ante corruptos diximus, cohors una Ligurum, cum duabus turmis Thracum, et paucis gregariis militibus, transiere ad regem: et centurio primi pili tertiae legionis per munitionem, quam, uti defenderet, acceperat, locum hostibus introëundi dedit: eaque Numidae cuncti irrupere. Nostri foeda fuga, plerique abiectis armis, proxumum collem occupavere. Nox atque praeda castrorum hostes, quo minus victoria uterentur, remorata sunt. Dein Iugurtha postero die cum Aulo in colloquio verba facit: „tametsi ipsum cum exercitu fame, ferro clausum teneat: tamen se humanarum rerum memorem, si secum foedus faceret, incolumes omnes sub iugum missurum: praeterea, uti diebus decem Numidia decederet." Quae quamquam gravia et flagitii plena erant: tamen, quia mortis metu nutabant, sicuti regi libuerat, pax convenit.

39.

Sed ubi ea Romae comperta sunt; metus atque moeror civitatem invasere. Pars

und Wolken gedüsterte Himmel, aller Orten Gefahr! ob fliehn, ob bleiben, was sicherer sey, war ungewiß Aber von den Bestochenen, deren ich eben erwähnte, gieng eine Cohorte Ligurer nebst zweien Geschwadern Thracier und einigen gemeinen Soldaten zum König über; und der vornehmste Centurio der dritten Legion öfnete durch die Schanze, die er zu behaupten hatte, dem Feinde einen Eingang. Alle Numiden drangen da ein. Schändlich flohen die Unsrigen; fast alle warfen die Waffen weg, und setzten sich auf dem nächsten Hügel. Die Nacht und die Beute im Lager hielt den Feind zurück, den Sieg vollends zu benutzen. Am folgenden Tage äußerte sich Jugurtha in einer Unterredung mit Aulus also: „Wiewohl er ihn und sein Heer, so eingeschlossen, durch Hunger oder durch's Schwert aufreiben könne; so würde er doch, der menschlichen Sckicksale eingedenk, wofern er mit ihm einen Vertrag mache, sie alle frey — durch's Joch abziehen lassen. Dabei aber solle er binnen zehn Tagen Numidien räumen." So hart und schimpflich dies war; dennoch, weil Todesfurcht sie drängte, kam der Friede, nach des Königs Willen, zu Stande.

39.

Aber als davon die Nachricht in Rom kam, überfiel Furcht und Trauer die Stadt. Einigen

dolere pro gloria imperii: pars insolita rerum bellicarum timere libertati: Aulo omnes infesti, ac maxume, qui bello saepe praeclari fuerant; quod armatus dedecore potius, quam manu, salutem quaesiverat. Ob ea Consul Albinus ex delicto fratris invidiam, ac deinde periculum timens, Senatum de foedere consulebat: et tamen interim exercitui supplementum scribere, ab sociis et nomine Latino auxilia arcessere, denique modis omnibus festinare. Senatus ita, uti par fuerat, decernit, *suo atque populi iniussu nullum potuisse foedus fieri.* Consul impeditus a tribunis plebis, ne, quas paraverat copias, secum portaret, paucis diebus in Africam proficiscitur. Nam omnis exercitus, uti convenerat, Numidia deductus, in provincia hiemabat. Postquam eo venit, quamquam persequi Iugurtham et mederi fraternae invidiae animus ardebat; cognitis militibus, quos praeter fugam, soluto imperio, licentia atque lascivia corruperat, ex copia rerum statuit, nihil sibi agitandum.

schat es um den Ruhm des Reiches wehe; Andere unerfahren in Sachen des Kriegs, waren bange für die Freyheit: Alle zürnten auf den Aulus, am meisten die, welche sich oft in Schlachten hervorgethan, daß er, die Waffen in Händen, lieber mit Schande, als mit dem Schwert seine Rettung gesucht habe. Da deshalb der Konsul Albinus wegen des Vergehens seines Bruders, Haß und dann Gefahr befürchtete, befragte er den Senat über den Vertrag; und doch warb er unterdessen Truppen zur Ergänzung des Heers, foderte von den Bundsgenossen und Lateinern Hülfe, und eilte auf jegliche Art. Der Senat fertigte, wie's recht war, den Schluß aus: „Ohne sein und des Volkes Geheiß habe kein Vertrag können geschlossen werden." Der Konsul, dem die Volkstribunen wehrten, die angeworbenen Truppen mit zu führen, reiste wenige Tage darauf nach Afrika. Denn das ganze Heer war, der Uebereinkunft gemäß, aus Numidien gezogen, und überwinterte in der Provinz. Bei seiner Ankunft war es zwar sein feuriger Entschluß, den Jugurtha zu verfolgen, und den Haß gegen seinen Bruder zu lindern; allein, wie er die Soldaten kennen gelernt, die, erst flüchtig, dann ungebunden, nun Zügellosigkeit und Ausschweifung entnervt hatte, fand er bei dieser Lage der Dinge nichts zu unternehmen.

40.

Interea Romae C. Mamilius Limetanus tribunus plebis rogationem ad populum promulgat, „uti quereretur in eos, quorum con„silio Iugurtha Senati decreta neglexisset; „quique ab eo in legationibus, aut imperiis „pecunias accepissent; qui elephantos, qui„que perfugas tradidissent; item, qui de pa„ce, aut bello cum hostibus pactiones fecis„sent." Huic rogationi, partim conscii sibi, alii ex partium invidia pericula metuentes, quoniam aperte resistere non poterant, quin illa et alia talia placere sibi faterentur, occulte per amicos, ac maxume per homines nominis Latini et socios Italicos, impedimenta parabant. Sed plebes, incredibile memoratu est, quam intenta fuerit, quantaque vi rogationem iusserit, magis odio nobilitatis, cui mala illa parabantur, quam cura reipublicae. Tanta lubido in partibus. Igitur ceteris metu perculsis, M. Scaurus, quem legatum Bestiae supra docuimus, inter laetitiam plebis, et suorum fugam, trepida etiam tum civitate, cum ex Mamilia rogatione tres

40.

Unterdessen that zu Rom der Tribun C. Mamillius Limetanus dem Volke den Vorschlag: „daß gegen diejenigen eine Untersuchung ergehe, auf deren Anstiften Jugurtha die Schlüsse des Senats vernachläßiget; welche als Gesandte, oder Befehlshaber von ihm Geld genommen; welche die Elephanten und Ueberläufer ihm ausgeliefert; endlich, welche über Frieden oder Krieg mit dem Feinde Verträge geschlossen hätten." Manche waren sich mitbewußt; Andre fürchteten von dem Haß der Partheien Gefahr, und weil sie nicht offen sich dem Vorschlage widersetzen konnten, ohne an jenes und anderes der Art ihr Gefallen zu bekennen; so suchten sie ihn heimlich durch ihre Freunde, am meisten durch Lateiner und verbündete Italier zu hintertreiben. Es ist aber unglaublich, wie das Volk darauf drang, mit welchem Ungestüm es den Antrag beschliessen hieß; und das mehr aus Haß gegen den Adel, der dadurch sollte getroffen werden, als aus Sorge für den Staat. So der Nacheifer unter den Partheien. Indeß die Uebrigen also Furcht niederschlug, hatte M. Scaurus, der, wie oben gemeldet, Legat des Bestia war, während des Volkes Frohlocken, der Seinigen Flucht, und der Verwirrung des Staats es dahin gebracht, daß er unter den Dreien gewählt wurde, die auf den Vorschlag des Ma-

quaesitores rogarentur, effecerat, uti ipse in eo numero crearetur. Sed quaestio exercita aspere violenterque, ex rumore et lubidine plebis. Ut saepe nobilitatem, sic ea tempestate plebem ex secundis rebus insolentia ceperat.

41.

Ceterum mos partium, popularium et Senati factionum, ac deinde omnium malarum artium, paucis ante annis Romae ortus, otio et abundantia earum rerum, quae prima mortales ducunt. Nam ante Carthaginem deletam populus et Senatus Romanus placide modesteque inter se rempublicam tractabant. Neque gloriae, neque dominationis certamen inter cives erat: metus hostilis in bonis artibus civitatem retinebat. Sed ubi formido illa mentibus discessit; illico ea quae secundae res amant, lascivia atque superbia, incessere. Ita, quod in adversis rebus optaverant, otium, postquam adepti sunt, asperius acerbiusque fuit. Namque coepere nobilitas dignitatem, populus libertatem in lubidinem vertere: sibi quisque ducere, trahere, rapere. Ita omnia in du-

milius zur Untersuchung sollten angestellt werden. Diese Untersuchung aber ward strenge und gewaltsam vollzogen, bloß auf's Gerede und das Eifern des Pöbels. Wie oft beim Adel, so hatte nun beim Volke wegen seines Glücks der Uebermuth Platz genommen.

41.

Uebrigens waren Partheien unter dem Volke, Trennungen im Senat, und dann alle die bösen Ränke seit wenigen Jahren zu Rom Sitte geworden, durch Ruhe nemlich, und den Ueberfluß an all' demjenigen, was die Sterblichen für's vorzüglichste achten. Denn vor Charthago's Zerstörung behandelten Volk und Senat das Wohl des Staates friedlich und ruhig. Weder um Ruhm noch aus Herrschsucht war Streit unter den Bürgern. Die Furcht vor Feinden hielt den Staat bei jeder guten Sitte. So bald aber jene Besorgniß die Gemüther verließ; stracks nahmen sie Ausgelassenheit und Uebermuth ein, als welche das Glück liebt. So war ihnen die müssige Ruhe, die sie in widrigen Umständen gewünscht hatten, nun, da sie dieselbe erlangten, ein noch härteres und drückenderes Uebel. Denn der Adel begann seine Würde, das Volk seine Freyheit nach Willkühr zu misbrauchen. Jeder entzog, raffte und raubte für sich. So ward alles auf

as partes abstracta sunt: respublica, quae media fuerat, dilacerata. Ceterum nobilitas factione magis pollebat: plebis vis, soluta atque dispersa in multitudine, minus poterat. Paucorum arbitrio belli domique res publica agitabatur; penes eosdem aerarium, provinciae, magistratus, gloriae triumphique erant: populus militia atque inopia urgebatur. Praedas bellicas imperatores cum paucis diripiebant: interea parentes, aut parvi liberi militum, ut quisque potentiori confinis erat, sedibus pellebantur. Ita cum potentia avaritia sine modo modestiaque invadere, polluere et vastare omnia, nihil pensi neque sancti habere, quoad semet ipsa praecipitavit. Nam ubi primum ex nobilitate reperti sunt, qui veram gloriam iniustae potentiae anteponerent; moveri civitas, et dissensio civilis, quasi permixtio terrae, oriri coepit.

42.

Nam postquam Tiberius et C. Gracchus, quorum maiores Punico atque aliis bellis multum reipublicae addiderant, vindicare plebem in libertatem, et paucorum sce-

die eine oder die andere Seite hingezogen; der Staat, in ihrer Mitte, zerrissen. Uebrigens vermogte der Adel durch seine Rottung mehr; die Macht des Volks, getrennt, und zerstreut unter der Menge hatte weniger Stärke. Einiger Weniger Willkühr schaltete im Krieg und im Frieden über den Staat. Ihnen gehörten Schatzkammer, Provinzen, obrigkeitliche Aemter, Ruhm und Triumphe; das Volk drückten Kriegsdienst und Mangel. Die Beuten des Krieges rissen die Heerführer und einige Wenige an sich; indeß die Aeltern und die kleinen Kinder der Krieger, wo sie einem Mächtigern nahe waren, aus ihrem Besitzthum geworfen wurden. Also mit der Macht griff Habsucht ohne Maaß und ohne Schaam um sich, schändete und verwüstete alles, hielt nichts für bedenklich und heilig, bis sie sich selber stürzte. Denn sobald sich erst unter dem Adel Männer fanden, die wahren Ruhm einer ungerechten Macht vorzogen, da ward der Staat aufgeregt, und Bürgerzwietracht begann, gleich der Zerrüttung der Erde.

42.

Denn nachdem Tiberius und C. Gracchus, deren Vorfahren im Punischen und andern Kriegen den Staat um vieles gefördert hatten, dem Volke die Freyheit zu erringen, und die Schand-

lera patefacere coepere: nobilitas noxia, atque eo perculsa, modo per socios ac nomen Latinum, interdum per equites Romanos, quos spes societatis a plebe dimoverat, Gracchorum actionibus obviam ierat: et primo Tiberium, dein paucos post annos eadem ingredientem Caium, Tribunum alterum, alterum Triumvirum coloniis deducendis cum M. Fulvio Flacco ferro necaverant. Et sane Gracchis, cupidine victoriae haud satis moderatus animus fuit: sed bono vinci satius est, quam malo more iniuriam vincere. Igitur ea victoria nobilitas ex lubidine sua usa, multos mortales ferro, aut fuga exstinxit; plusque in reliquum sibi timoris, quam potentiae, addidit. Quae res plerumque magnas civitates pessum dedit: dum alteri alteros vincere quovis modo, et victos acerbius ulcisci volunt. Sed de Studiis partium et omnibus civitatis moribus si singulatim, aut pro magnitudine parem disserere; tempus, quam res, maturius deserat. Quamobrem ad inceptum redeo.

thaten einiger Wenigen aufzudecken suchten; so war der getroffene und dadurch bestürzte Adel theils durch Verbündete und Lateiner, mit unter durch Römische Ritter, welche die Hofnung, sich mit ihm zu vereinigen, vom Volke getrennt hatte, den Unternehmungen der Gracchen entgegen gegangen; und hatte zuerst den Tiberius, dann wenige Jahre darauf den Gleiches unternehmenden Cajus — jenen als Tribun, diesen als Triumvir der abzuführenden Colonien, nebst dem M. Fulvius Flaccus, mit dem Schwerte getödtet. Sicher hatten die Gracchen aus Begierde nach Sieg zu wenig gemäßigten Sinn; doch für's Gute unterliegen, gnügt mehr, als böser Weise das Unrecht besiegen. Nun brauchte der Adel diesen Sieg nach Willkühr, vertilgte viele Menschen durchs Schwert, oder durch Verbannung, und machte sich so für die Zukunft mehr furchtbar, als mächtig. Das hat meistens die großen Staaten gestürzt, wenn die Einen die Anderen auf jegliche Art überwinden, und an den Ueberwundenen strenge sich rächen wollten. Doch, wofern ich von dem Eifer der Partheien, und dem ganzen Wesen in unserm Staate einzeln, oder der Wichtigkeit gemäß reden wollte, würde mir eher Zeit als Stoff fehlen. Deswegen kehr' ich zu dem Obigen zurück.

43.

Post Auli foedus exercitusque nostri foedam fugam, Q. Metellus et M. Silanus Consules designati provincias inter se partiverant: Metelloque Numidia evenerat, acri viro, et quamquam adverso populi partibus, fama tamen aequabili et inviolata. Is ubi primum magistratum ingressus est; alia omnia sibi cum collega ratus, ad bellum, quod gesturus erat, animum intendit. Igitur diffidens veteri exercitui, milites scribere, praesidia undique arcessere: arma, tela, equos, cetera instrumenta militiae parare, ad hoc commeatum affatim, denique omnia, quae bello vario et multarum rerum egenti usui esse solent. Ceterum ad ea patranda, Senatus auctoritate, socii nomenque Latinum et reges ultro auxilia mittendo, postremo omnis civitas summo studio, adnitebantur. Itaque, ex sententia omnibus rebus paratis compositisque, in Numidiam proficiscitur, magna spe civium, cum propter bonas artes, tum maxume, quod adversum divitias animum invictum gerebat: et avaritia magistratuum ante id tempus in Numidia nostrae opes contusae, hostiumque auctae erant.

43.

Nach dem Vergleich des Aulus, und der schändlichen Flucht unsers Heers, hatten die vorbestimmten Konsuln Q. Metellus und M. Silanus die Provinzen unter sich getheilt. Numidien fiel dem Metellus zu, einem heftigen Manne, und wiewohl den Volkspartheien entgegen, dennoch von einem gleichmäßigen und unverletzten Rufe. Sobald dieser seine Stelle antrat, so sah er alles andre als gemein mit seinem Collegen an, und hatt' es also vorzüglich auf den Krieg abgesehen, den er führen sollte. Demnach, da er dem alten Heere nicht traute, warb er neue Truppen, berief allerseits her Hülfsvölker, schaffte Wehr und Waffen, Pferde und andre Werkzeuge des Krieges herbei; dazu Lebensmittel in Menge, kurz alles, was in einem weitläufigen und viel fordernden Kriege nöthig ist. Dieses durchzusetzen, verwandten sich, der Senat mit seinem Ansehen, Bundsgenossen, Latium und Könige durch freywillige Hülfssendung, endlich der ganze Staat mit allem Bestreben. Wie alles nach Wunsch zubereitet und bestellt war, reist er nach Numidien ab. Groß war die Hofnung der Bürger, sowohl wegen seiner Fähigkeiten, als vornehmlich darum, weil in ihm ein Geist herrschte, dem Reichthum unüberwindlich, seither aber durch Habsucht der Magistratspersonen unsre Macht geschwächt, die der Feinde verstärkt war.

44.

Sed ubi in Africam venit, exercitus ei traditur Sp. Albini procos. iners, imbellis, neque periculi, neque laboris patiens, lingua, quam manu, promtior, praedator ex sociis, et ipse praeda hostium, sine imperio et modestia habitus. Ita imperatori novo plus ex malis moribus sollicitudinis, quam ex copia militum auxilii, aut bonae spei accedebat. Statuit tamen Metellus, quamquam et aestivorum tempus comitiorum mora imminuerat, et exspectatione eventi civium animos intentos putabat; non prius bellum attingere, quam, majorum disciplina, milites laborare coëgisset. Nam Albinus, Auli fratris exercitusque clade perculsus, postquam decreverat non egredi provincia, quantum temporis aestivorum in imperio fuit, plerumque milites stativis castris habebat: nisi cum odos, aut pabuli egestas locum mutare subegerat. Sed neque more militari vigiliae deducebantur, uti cuique lubebat, ab signis aberat. Lixae permixti cum militibus die noctuque vagabantur, et palantes agros vastare, villas expugnare, pecoris et mancipio-

44.

Bey seiner Ankunft in Afrika wird ihm das Heer des Prokonsuls Sp. Albinus übergeben: laff, unkriegerisch, Gefahr= und Arbeitscheu, fertiger mit der Zunge als mit der Faust, Plünderer der Bundsgenossen, selbst Beute des Feindes, ohne Zucht, ohne Zügel. So machte die Sittenlosigkeit dem neuen Feldherrn mehr Sorge, als er an der Menge der Soldaten Hülfe oder gute Hoffnung fand. Wiewohl nun die Verzögerung der Wahltage die Zeit zum Sommerfeldzug verkürzt hatte; wiewohl Metellus auch glaubte, daß die Erwartung der Bürger auf den Ausgang gespannt sey: dennoch entschloß er sich, nicht eher den Krieg zu beginnen, als bis er die Soldaten nach Weise der Vorfahren wieder zur Arbeit eingeschränkt hätte. Denn Albinus, über das Unglück seines Bruders Aulus, und des Heers bestürzt, hatte beschlossen, nicht aus der Provinz zu gehen, und hielt die Soldaten, so lange er sie während des Sommers befehligte, meistentheils im stehenden Lager: es musten ihn dann Gestank oder Mangel an Nahrung zwingen, seinen Stand zu verändern. Nicht einmal die Wachen wurden nach Kriegsgewohnheit ausgestellt; jeder entfernte sich, wie's ihm gefiel, von seiner Fahne. Troß und Soldaten durcheinander schwärmten umher, Tag und Nacht, verheer=

rum praedas certantes agere: eaque mutare cum mercatoribus vino advectitio, at aliis talibus: praeterea frumentum publice datum vendere, panem in dies mercari: postremo, quaecumque dici aut fingi queunt ignaviae luxuriaeque probra, in illo exercitu cuncta fuere, et alia amplius.

45.

Sed in ea difficultate Metellum non minus, quam in rebus hostilibus, magnum et sapientem virum fuisse comperior: tanta temperantia inter ambitionem saevitiamque moderatum: namque edicto primum adiumenta ignaviae sustulisse, „ne quisquam in „castris panem, aut quem alium coctum ci- „bum venderet: ne lixae exercitum sequeren- „tur: ne miles gregarius in castris, neve in „agmine servum aut iumentum haberet:" ceteris arte modum statuisse. Praeterea transversis itineribus quotidie castra movere, iuxta, ac si hostes adessent, vallo atque fossa munire, vigilias crebras ponere, et ipse cum legatis circumire: item in agmine in primis

ten in Streifzügen die Felder, plünderten die Landgüter, trieben, gleichsam um die Wette, ihren Raub von Vieh und Sklaven zusammen, und tauschten ihn an Kaufleute für Wein und derley Sachen; dabey verkauften sie das ihnen zugemessene Korn, und kauften sich Brod für den einzelnen Tag: kurz, was immer von Laffheit und Ausschweifung schändliches kann gesagt oder gedacht werden, das war bey diesem Heere, und noch mehreres drüber.

45.

Aber in dieser schwierigen Lage, finde ich, war Metellus, ein nicht minder großer und weiser Mann, als in seinen Unternehmungen gegen den Feind. Mit so vieler Mäßigung trat er zwischen Gunsteifer und wilder Strenge das Mittel. Denn erst hob er durch ein Verboth alles auf, was Erschlaffung befördert: „Keiner sollte im Lager Brod, „oder irgend eine andre gekochte Speise verkau„fen; kein Troß sollte dem Heere folgen; der ge„meine Soldat sollte weder im Lager noch auf „dem Zuge einen Sklaven oder Lastvieh haben.“ Die Uebrigen beschränkte er genau. Dabey ließ er täglich zu Hin- und Herzügen mit dem Lager aufbrechen; und gleich als wären die Feinde da, es mit Wall und Graben umschanzen, stellte häufige Wachen aus, und umgieng selbst mit den Le-

modo, modo in postremis, saepe in medio adesse, ne quispiam ordine egrederetur, uti cum signis frequentes incederent, miles cibum et arma portaret. Ita prohibendo a delictis magis, quam vindicando, exercitum brevi confirmavit.

46.

Interea Iugurtha, ubi, quae Metellus agebat, ex nunciis accepit, simul de innocentia eius certior Romae factus; diffidere suis rebus: ac tum demum veram deditionem facere conatus est. Igitur legatos ad Consulem cum suppliciis mittit, qui tantummodo ipsi liberisque vitam peterent, alia omnia dederent populo Romano. Sed Metello iam antea experimentis cognitum erat genus Numidarum infidum, ingenio mobili, novarum rerum avidum. Itaque legatos, alium ab alio diversos, aggreditur: ac paulatim tentando, postquam opportunos cognovit, multa pollicendo persuadet, uti Iugurtham maxume vivum; sin id parum procedat, necatum sibi traderent: ceterum palam, quae ex voluntate forent, regi

gaten die Reihe. Beym Zuge war er bald an der Spitze, bald am End, oft in der Mitte, damit Keiner aus dem Gliede träte, daß sie gedrängt den Fahnen folgten, und jeder Soldat Speise und Waffen trüge. So bracht' er, mehr durch Vorbeugung als Ahndung der Unordnungen, in Kurzem wieder Nerv in das Heer.

46.

Da indessen Jugurtha von dem Betreiben des Metellus Nachricht erhielt, von dessen Unbestechlichkeit er schon zu Rom war versichert worden, so fieng er an, seinen Sachen zu mistrauen, und nun erst suchte er sich wirklich zu ergeben. Er schickte also Gesandte mit Friedenszeichen an den Konsul, die nur ihm und seinen Kindern das Leben ausbedingen, alles Andere dem römischen Volke übergeben sollten. Aber dem Metellus war es schon durch Erfahrung bekannt, wie treulos, veränderlichen Sinn's, und begierig nach Neuerungen die Numiden-Nation sey. Demnach machte er sich an jeden Gesandten insbesondere, suchte sie nach und nach auszuhohlen; und wie er sie zu seinen Absichten bequem findet, überredet er sie durch große Versprechungen, ihm den Jugurtha, wo möglich, lebendig, oder, wenn dies nicht wohl angehe, todt zu liefern. Uebrigens giebt er ihnen öffentlich die Zusage des Verlangten, die sie

nunciare iubet. Deinde ipse paucis diebus, intento atque infesto exercitu, in Numidiam procedit: ubi, contra belli faciem, tuguria plena hominum, pecora cultoresque in agris erant; ex oppidis et mapalibus praefecti Regis obvii procedebant, parati, frumentum dare, commeatum portare, postremo omnia, quae imperarentur, facere. Neque Metellus idcirco minus, sed pariter, ac si hostes adessent, munito agmine incedere, late explorare omnia, illa deditionis signa ostentui credere, et insidiis locum tentari. Itaque ipse cum expeditis cohortibus, item funditorum et sagittariorum delecta manu apud primos erat: in postremo C. Marius legatus cum equitibus curabat: in utrumque latus auxiliarios equites tribunis legionum et praefectis cohortium dispertiverat, uti cum his permixti velites, quocumque accederent, equitatus hostium propulsarent. Nam in Iugurtha tantus dolus, tantaque peritia locorum et militiae erat, uti, absens an praesens, pacem an bellum gerens perniciosior esset, in incerto haberetur.

dem König hinterbringen sollten. Wenige Tage darauf rückte er mit dem Heere, das wachsam und kampfrüstig war, in Numidien vor, wo, ganz wider das Aussehen beym Kriege, die Hütten voll Menschen, Vieh und Bauern auf dem Felde waren. Aus Städten und Dörfern kamen ihm Beamte des Königs entgegen; bereitfertig gaben sie Getraide, schafften Lebensmittel herbey; kurz, thaten alles, was ihnen geheissen wurde. Metellus rückte nichts desto weniger mit gedecktem Zuge fort, nicht anders, als wenn der Feind nahe wäre; kundschaftete weit umher alles aus; jene Anzeichen von Ergebung hielt er für Blendwerk und Versuch ihn zu überlisten. Deswegen war er selbst mit den leichtbewaffneten Cohorten, und einer auserlesenen Mannschaft von Schleuderern und Bogenschützen an der Spitze; den Hinterzug befehligte der Legat C. Marius mit der Reuterey; auf beyde Seiten hatte er die Hülfs-Reuterey unter dem Befehl der Legiontribunen und den Präfecten der Cohorten vertheilt. Unter diese waren die leichten Truppen gesteckt, um, woher sie auch anrücke, die feindliche Reuterey abzutreiben. Denn Jugurtha war so verschlagen, der Gegenden und des Krieges so kundig, daß man's für ungewiß hielt, ob er fern oder nahe, im Frieden, oder im Kriege gefährlicher sey.

47.

Erat haud longe ab eo itinere, quo Metellus pergebat, oppidum Numidarum, nomine Vaga, forum rerum venalium totius regni maxume celebratum; ubi et incolere, et mercari consueverant Italici generis multi mortales. Huic Consul, simul tentandi gratia et opperiundi, si paterentur opportunitates loci, praesidium imposuit: praeterea imperavit, frumentum, et alia, quae bello usui forent, comportari: ratus id, quod res monebat, frequentiam negotiatorum et commeatuum iuvaturam exercitum, etiam pacatis rebus munimento fore. Inter haec negotia Iugurtha impensius modo legatos supplices mittere, pacem orare, praeter suam liberorumque vitam, omnia Metello dedere. Quos item, uti priores, Consul illectos ad proditionem domum dimittebat: regi pacem, quam postulabat, neque abnuere, neque polliceri; et inter eas moras promissa legatorum exspectare.

---

*) Ich lese nach dem Vorschlage eines Neueren: Huic consul, simul tentandi gratia et *capiundi*, si paterentur, opportunitates loci. — S. Neues Magazin für Schullehrer, von Ruperti und Schlichthorst. B. II. St. 2.

47.

Is, ubi primum opportunum, Iugurtham anxium ac miserantem fortunas suas accedit. Monet atque lacrumans obtestatur, *uti aliquando sibi liberisque et genti Numidarum, optume merenti, provideat: omnibus praeliis sese victos, agrum vastatum, multos mortales captos aut occisos, regni opes comminutas esse. Satis saepe iam et virtutem militum, et fortunam tentatam. Caveret, ne, illo cunctante, Numidae sibi consulant.* His

(der mit Jugurtha zu Rom gewesen, und von da seiner Verurtheilung, wegen der Ermordung des Massiva, nach gestellten Bürgen, heimlich entflohen war) weil dieser, als sein Vertrauter, die beste Gelegenheit hatte, ihn zu berücken. Erst bringt er's dahin, daß er heimlich zu einer Unterredung kam; dann auf das gegebene Wort, „wenn er den Jugurtha ihm lebendig oder todt liefere, würde der Senat ihm Erlassung der Strafe und all' das Seinige zugestehen," überredt er leicht den Numiden, welcher, einmal treulosen Sinns, noch dazu fürchtete, daß, wofern mit den Römern Friede würde, er nach den Bedingungen möchte zur Todesstrafe ausgeliefert werden.

62.

Dieser macht sich bey der ersten Gelegenheit an den Jugurtha, der ängstlich seinen unglücklichen Zustand beklagte. Er ermahnt und beschwört ihn mit Thränen, „endlich sein und seiner Kinder und der Numiden-Nation Bestes zu bedenken: in allen Schlachten seyen sie besiegt, das Land verwüstet, so viele gefangen oder getödtet, die Macht des Reiches geschwächt. Oft genug hab' er bereits sowohl die Tapferkeit der Soldaten als das Glück versucht. Er solle sich hüten, daß, zögere er länger, die Numiden sich nicht selbst beriethen." Durch dies und der Art Zure-

atque talibus aliis ad deditionem regis animum impellit. Mittuntur ad imperatorem legati, *Iugurtham imperata facturum, ac sine ulla pactione sese regnumque suum in illius fidem tradere.* Metellus propere cunctos Senatorii ordinis ex hibernis arcessiri iubet: eorum atque aliorum, quos idoneos ducebat, consilium habet. Ita more maiorum, ex consilii decreto, per legatos Iugurthae imperat *argenti pondo ducenta millia, elephantos omnes, equorum et armorum aliquantum.* Quae postquam sine mora facta sunt, iubet *omnes perfugas vinctos adduci.* Eorum magna pars, ut iussum erat, adducti: pauci, cum primum deditio coepit, ad regem Bocchum in Mauretaniam abierant. Igitur Iugurtha, ubi armis virisque et pecunia spoliatus, cum ipse ad oppidum Tisdrum evocaretur, rursus coepit flectere animum suum, et ex mala conscientia digna timere. Denique multis diebus per dubitationem consumtis, cum modo, taedio rerum adversarum, omnia bello potiora duceret, interdum secum ipse

den bringt er den König zu dem Entschluß, sich zu ergeben. Es werden Gesandten an den Feldherrn geschickt: „Jugurtha wolle sich in Allem unterwerfen, und ohne irgend eine Bedingung sich und das Reich seinem Schutz überliefern.“ Metellus läßt eilends alle vom Senatorstande aus dem Winterlager herbeykommen, und hält mit diesen und anderen, die er dazu tüchtig glaubte, hierüber Rath. Also nach Weise der Vorfahren, dem Schluß der Versammlung gemäß, foderte er durch seine Gesandte von dem Jugurtha zweymal hundert tausend Pfund Silber, alle Elephanten, und eine gewisse Anzahl Pferde und Waffen. Nachdem dies ohne Verzug geschehen, befiehlt er alle Ueberläufer in Fesseln herbeyzuführen. Ein großer Theil derselben wurde gemäß dem Befehle herbeygebracht; einige Wenige waren, wie man sich zur Ergebung anschickte, zum König Bocchus nach Mauritanien geflüchtet. Da nun Jugurtha sich von Waffen, Mannschaft und Geld entblößt sah, er selbst nach Tisdrum *) vorgefordert wurde, so fieng er abermals an, seinen Sinn zu ändern, und aus bösem Bewußtsein das Verdiente zu fürchten. Endlich nachdem er viele Tage in Unentschlossenheit zugebracht, nun aus Ueberdruß über sein widriges

*) Nach Anderen, Tisidium.

reputaret, quam gravis casus in servitium ex regno foret; multis magnisque praesidiis nequidquam perditis de integro bellum sumit. Romae Senatus de provinciis consultus Numidiam Metello decreverat.

63.

Per idem tempus Uticae forte C. Mario per hostias Dis supplicante, *magna atque mirabilia portendi*, haruspex dixerat: *proinde, quae animo agitabat, fretus Dis ageret: fortunam quam saepissume experiretur; cuncta prospera eventura.* At illum iam antea consulatus ingens cupido exagitabat. Ad quem capiundum, praeter vetustatem familiae, alia omnia abunde erant: industria, probitas, militiae magna scientia, animus belli ingens, domi modicus, lubidinis et divitiarum victor, tantummodo gloriae avidus. Sed his natus, et omnem pueritiam Arpini altus, ubi primum aetas militiae patiens fuit, stipendiis faciundis, non Graeca facundia, neque urbanis munditiis sese exercuit: ita inter artes bonas integrum ingenium brevi adolevit.

Glück alles für besser haltend als Krieg, itzt den Gedanken wägend, wie tief der Sturz sey vom Thron in die Knechtschaft; so griff er, troz der vergeblichen Einbuße so vieler und großer Hülfsmittel, von neuem zu den Waffen. In Rom hatte der Senat bey Vertheilung der Provinzen Numidien dem Metellus bestimmt.

63.

Als um diese Zeit C. Marius eben zu Utica den Göttern opferte, hatte ihn der Wahrsager versichert: „es harren große und wunderbare Dinge „auf ihn; demnach solle er, was er im Sinne „triebe, im Vertrauen auf die Götter unternehmen; immerfort das Glück versuchen; alles „werde günstig ausfallen.“ Aber schon vorher drängte ihn starke Begierde nach dem Konsulat. Dies zu erhalten, hatte er, alte Abkunft ausgenommen, alles andre in Völle: Thätigkeit, Rechtschaffenheit, Kriegskunde, hohen Muth in der Schlacht, war mäßig zu Hause, über Gelüste und Reichthum Sieger, nur geitzend nach Ruhm. Zu Arpinum gebohren, und daselbst während seiner ganzen Jugend erzogen, übte er sich, so bald es sein Alter litt, in Kriegsdiensten, nicht in griechischer Wohlredenheit, noch in städtischen Feinheiten. So gediehen unter nützlicher Beschäftigung unverdorben seine Anlagen bald zur Reife. Als

Ergo ubi primum tribunatum militarem a populo petit, plerisque faciem eius ignorantibus, facile notus per omnes tribus declaratur. Deinde ab eo magistratu alium post alium sibi peperit: semperque in potestatibus eo modo agitabat, uti ampliore, quam gerebat, dignus haberetur. Tamen is ad id locorum talis vir, (nam postea ambitione praeceps datus est) consulatum appetere non audebat. Etiam tum alios magistratus plebes, consulatum nobilitas inter se per manus tradebat. Novus nemo tam clarus, neque tam egregiis factis erat, quin his indignus illo honore, et quasi pollutus haberetur.

64.

Igitur ubi Marius haruspicis dicta eodem intendere videt, quo cupido animi hortabatur; ab Metello, petundi gratia, missionem rogat. Cui quamquam virtus, gloria atque alia optanda bonis superabant; tamen inerat contemtor animus et superbia, commune nobilitatis malum. Itaque primum commotus insolita re, mirari eius consilium, et quasi per amicitiam monere, *ne tam prava incipe-*

er daher zuerst um das Kriegstribunat sich beym Volke bewarb, ward er, wiewohl ihn die Meisten von Gesicht nicht kannten, dennoch wohl bekannt, durch alle Zünfte gewählt. Von dieser Würde schwang er sich zu einer nach der andern; und in jeder betrug er sich so, daß man ihn einer höheren, als die er vertrat, würdig achtete. Dennoch wagte es nicht dieser bis hiehin so ein Mann, — denn in der Folge riß ihn Ehrsucht fort — um das Konsulat anzuhalten. Auch damals vergab andre obrigkeitliche Aemter das Volk, das Konsulat der Adel unter sich aus Hand in Hand. Kein Neuemporgekommner war so angesehen, oder hatte so herrliche Thaten gethan, daß er nicht von jenen dieser Ehre unwürdig und gleichsam für befleckt geachtet wurde.

64.

Wie also Marius sieht, daß der Ausspruch des Wahrsagers eben dahin ziele, wozu ihn eigene Begierde aufrief, so verlangt er vom Metellus, um sich um das Konsulat zu bewerben, seine Entlassung. Zwar hatte Dieser Tapferkeit, Ruhm und was sonst dem Braven wünschenswerth ist, mehr als genug; dennoch besaß ihn verachtender Hochsinn und Stolz, der gemeine Fehler des Adels. Daher anfangs über das Ungewöhnliche der Sache betroffen, wunderte er sich über sein Vorhaben,

ret, neu super fortunam animum gereret; non omnia omnibus cupiunda esse: debere illi res suas satis placere. Postremo caveret id petere a populo Romano, quod illi iure negaretur. Postquam haec atque talia dixit, neque animus Marii flectitur; respondit, *ubi primum potuisset per negotia publica, facturum sese quae peteret.* Ac postea saepius eadem postulanti fertur dixisse, *ne festinaret abire: satis mature illum cum filio suo consulatum petiturum.* Is eo tempore contubernio patris ibidem militabat, annos natus circiter XX. Quae res Marium cum pro honore, quem affectabat, tum contra Metellum vehementer accenderat. Ita cupidine atque ira, pessumis consultoribus, grassari: neque facto ullo, neque dicto abstinere, quod modo ambitiosum foret; milites, quibus in hibernis praeerat, laxiore imperio, quam antea, habere: apud negotiatores, quorum magna multitudo Uticae erat, criminose simul, et magnifice de bello loqui: *dimidia pars exercitus si-*

und warnte ihn gleichsam als Freund: „Daß er „doch so etwas Verkehrtes nicht unternehmen, noch „über seinen Stand hinausstreben möchte: nicht „Allem dürften Alle nachtrachten. Ihm müsse das „Seinige genügen: endlich, er sollte sich hüten, „etwas vom römischen Volke zu bitten, was ihm „mit Recht würde abgeschlagen werden.“ Als er dieser und dergleichen Vorstellungen ungeachtet des Marius Entschluß nicht beugte, gab er ihm die Antwort: „Sobald es die öffentlichen Angelegen„heiten erlaubten, würd' er seine Bitte erfüllen.“ Und auf nachmals oft wiederholtes Andringen soll er gesagt haben: „Er möchte doch mit der Abreise nicht „so sehr eilen; noch zeitig genug würde er mit „seinem Sohne sich um das Konsulat bewerben.“ — Dieser diente gerade zu der Zeit unter den Augen seines Vaters, etwa zwanzig Jahre alt. — Dadurch ward Marius sowohl für die Würde, wornach er trachtete, als gegen den Metellus heftig aufgereizt. Ehrsucht und Zorn, die schlimmsten Rathgeber, rissen ihn hin; er enthielt sich keiner That, keiner Rede, die nur seiner Gunstsucht diente. Die Soldaten, welche er im Winterlager befehligte, hielt er minder streng, als zuvor; bey den Kaufleuten, deren eine große Menge zu Utica war, redte er zugleich lästernd und prahlerisch vom Kriege: „Die Hälfte des Heers solle „man ihm überlassen, in wenigen Tagen wollt'

bi permitteretur, paucis diebus Iugurtham in catenis habiturum: ab imperatore consulto trahi, quod homo inanis, et regiae superbiae, imperio nimis gauderet. Quae omnia illis eo firmiora videbantur, quod diuturnitate belli res familiares corruperant; et animo cupienti nihil satis festinatur.

65.

Erat praeterea in exercitu nostro Numida quidam, nomine Gauda, Mastanabalis filius, Masinissae nepos, quem Micipsa testamento secundum heredem scripserat, morbis confectus, et ob eam causam mente paulum imminuta. Cui Metellus petenti, *more regum uti sellam iuxta poneret*, item postea, *custodiae causa turmam equitum Romanorum*, utrumque negaverat: honorem, quod eorum modo foret, quos populus Romanus *reges* appellavisset; praesidium, quod contumeliosum foret, si equites Romani satellites Numidae traderentur. Hunc Marius anxium aggreditur, atque hortatur, uti contumeliarum imperatoris cum suo auxilio poenas petat. Ho-

„er den Jugurtha in Ketten haben; der Feldherr „spiel' es mit Absicht in die Länge, weil er, ein „eitler Mensch, und von dem Stolze eines Königs, „sich zu sehr in seiner Befehlshaberstelle gefalle." Dies alles schien ihnen um so gegründeter, weil durch den langwierigen Krieg ihre Vermögensumstände zerfallen waren, und dem Sehnsüchtigen nichts genug eilet.

65.

Es befand sich überdies bey unserm Heer ein gewisser Numide, Namens Gauda, des Mastanabals Sohn, und Enkel des Masinissa, den Micipsa in seinem Vermächtnisse zum zweyten Erben eingesetzt hatte, durch Krankheit geschwächt, und eben dadurch am Geiste etwas zerrüttet. Diesem hatte Metellus die Bitte, daß er ihm nach Königsgebühr neben sich den Sitz einräume, und nachher ein Geschwader römischer Reuter, zur Bedeckung abgeschlagen: die Ehre, weil sie nur jenen zukäme, die das römische Volk als Könige anerkannt hätte; die Wache, weil's schimpflich seyn würde, wenn römische Reuter einem Numiden zu Trabanten dienen sollten. Darüber verlegen macht sich Marius an ihn, und redt ihm zu: daß er sich wegen des Schimpfes mit seiner Hülfe an dem Feldherrn solle zu rächen suchen. Er frischt den von Krankheit blödsinnigen Menschen durch

minem ob morbos animo parum valido secunda oratione extollit: „illum regem, in-„gentem virum, Masinissae nepotem esse. „Si Iugurtha captus, aut occisus, imperium „Numidiae sine mora habiturum: id adeo „mature posse evenire, si ipse Consul ad id „bellum missus foret." Itaque et illum, et equites Romanos, milites et negotiatores, alios ipse, plerosque spes pacis, impellit, uti Romam ad suos necessarios aspere in Metellum de bello scribant, Marium imperatorem poscant. Sic illi a multis mortalibus honestissuma suffragatione consulatus petebatur. Simul ea tempestate plebes, nobilitate fusa per legem Mamiliam, novos extollebat. Ita Mario cuncta procedere.

66.

Interim Iugurtha, postquam, omissa deditione, bellum incipit, cum magna cura parare omnia, fertinare, cogere exercitum: civitates, quae ab se defecerant, formidine, aut ostentando praemia, affectare: communire suos locos, arma, tela, alia, quae spe pacis amiserat, reficere, aut commercari: servitia Romanorum allice-

Schmeichelreden auf: „Er sey König, ein großer „Mann, des Masinissa Enkel. Wäre Jugurtha „gefangen oder getödtet, dann sey ohne Anstand „das Reich Numidiens sein. Das könne gar zei„tig geschehen, wenn Ihm selbst als Konsul die „Führung des Krieges übertragen würde.“ Demnach bewog diesen, so wie die römischen Ritter, Soldaten und Kaufleute, einige er selbst, die Meisten Hoffnung des Friedens, daß sie nach Rom an die Ihrigen zum Nachtheil des Metellus vom Kriege schrieben, und den Marius zum Feldherrn verlangten. Und daher bewarben sich sehr Viele für ihn auf's ehrenvollste durch ihre Stimmen um das Konsulat. Gerade damals half das Volk, da das Mamilische Gesetz den Adel niedergeschlagen hatte, den Neuemporgekommnen auf. Also gieng dem Marius alles von Statten.

66.

Jugurtha inzwischen, der den Entschluß, sich zu ergeben, hatte fahren lassen, und wieder den Krieg begann, rüstete alles mit Eifer zu, eilte, warb ein Heer, suchte die abgefallenen Städte durch Schreckniß oder vorgezeigte Belohnung zu gewinnen, befestigte seine Plätze, schaffte kaufte an, Waffen, Geschoß, kurz, was er bey Hoffnung des Friedens veräußert, lockte die römischen Sklaven an sich, reizte die in den Besatzungen

re, et eos ipsos, qui in praesidiis erant, pecunia tentare: prorsus nihil intactum, neque quietum pati: cuncta agitare. Igitur Vagenses, quo Metellus initio, Iugurtha pacificante, praesidium imposuerat, fatigati regis suppliciis, neque antea voluntate alienati, principes civitatis inter se coniurant (nam volgus, uti plerumque solet, et maxume Numidarum, ingenio mobili, seditiosum atque discordiosum erat, cupidum novarum rerum, quieti et otio adversum): dein compositis inter se rebus, diem tertium constituunt; quod is festus celebratusque per omnem Africam ludum et lasciviam magis, quam formidinem ostentabat. Sed ubi tempus fuit, centuriones tribunosque militares, et ipsum praefectum oppidi T. Turpilium Silanum, alius alium, domos suas invitant: eos omnes, praeter Turpilium, inter epulas obtruncant: postea milites palantes, inermos, quippe in tali die ac sine imperio, aggrediuntur. Idem plebes facit, pars edocti ab nobilitate; alii studio talium rerum incitati, quîs acta consiliumque ignorantibus tumultus ipse et res novae satis placebant.

mit Geld, ließ durchaus nichts unversucht, nichts ruhig: Alles betrieb er Die Vornehmsten von Vaga, worinn Metellus bey Jugurtha's Friedens-Unterhandlung Besatzung gelegt hatte, machen deßhalb durch das anhaltende Bitten des Königs bewogen, und auch ohnedies ihm vorhin schon nicht abgeneigt, unter einander eine Verschwörung. Denn, wie der Pöbel gewöhnlich, so war vorzüglich der Numidische wankelmüthig, aufrührisch, hadernd, begierig nach Neuerungen, der Ruhe und Musse feind. Nachdem sie alles unter sich verabredet hatten, bestimmten sie den dritten Tag, weil dieser in ganz Afrika festlich gefeyert, mehr zu Spiel und Wohlleben, als zu Furcht Anlaß gab. Wie aber die Zeit kam, laden sie die Centurionen, Kriegstribunen, und den Präfect der Stadt selbst, T. Turpilius Silanus, der eine diesen, der andre jenen, in ihre Häuser, und über dem Mahle ermorden sie Alle, außer dem Turpilius. Dann fällt man über die Soldaten her, die an so einem Tage unbewaffnet, und ohne Aufsicht umherschweiften. Eben das thut der Pöbel, ein Theil auf Anstiften des Adels, Andere aus Sinn für dergleichen Händel; indem ihnen, ohne etwas von Vorfall und Absicht zu wissen, der Lärm schon und der neue Auftritt behagte.

67.

Romani milites, improviso metu, incerti ignarique, quid potissumum facerent, trepidare ad arcem oppidi, ubi signa et scuta erant: praesidium hostium, portae ante clausae fugam prohibebant: ad hoc mulieres puerique pro tectis aedificiorum saxa et alia, quae locus praebebat, certatim mittere. Ita neque cavere anceps malum, neque a fortissumis infirmissumo generi resisti posse: iuxta boni malique, strenui et imbelles inulti obtruncati. In ea tanta asperitate, saevissumis Numidis et oppido undique clauso, Turpilius unus ex omnibus Italicis profugit intactus: id misericordiane hospitis, an pactione, an casu ita evenerit, parum comperimus; nisi, quia illi in tanto malo turpis vita fama integra potior, improbus intestabilisque videtur.

68.

Metellus, postquam de rebus Vagae actis comperit, paulisper moestus e conspectu

67.

Die römischen Soldaten, bey dem unversehenen Schrecken ungewiß und unkundig, was sie zuerst thun sollten, liefen verwirrt der Burg der Stadt zu, wo die Fahnen und Schilde waren. Die schon gestellten feindlichen Wachen, und die bereits verschlossenen Thore wehrten die Flucht. Auch Weiber und Kinder warfen von den Dächern der Häuser Steine, und was bey der Hand war, wetteifernd herab. Also konnten sie nicht ausweichen der zwiefachen Gefahr, noch konnte der Tapferste dem schwächsten Geschlechte widerstehen. Brave und Schlechte, Tapfere und Feige, einer wie der andre, fielen ungerächt. In dieser äußersten Bedrängniß, bey der Wuth der Numiden, und da die Stadt rings um verschlossen war, entfloh Turpilius, aus allen Italiern der Einzige, unverletzt. Ob dies durch mitleidige Veranstaltung seines Gastfreundes, ob durch Vertrag, oder durch Zufall so geschehen sey, weiß ich eben nicht. Nur, weil ihm in einer solchen Noth ein schändliches Leben mehr galt, als unverletzter Ruf, scheint er ein ruchloser, fluchwürdiger Mensch.

68.

Wie Metellus hört, was in Vaga vorgefallen, da geht er traurig eine Weile von den An=

abit: deinde, ubi ira et aegritudo permixta, cum maxuma cura ultum ire iniurias festinat. Legionem, cum qua hiemabat, et, quam plurimos potest, Numidas equites pariter cum occasu solis expeditos educit: et postera die circiter horam tertiam pervenit in quandam planitiem, locis paulo superioribus circumventam. Ibi milites, fessos itineris magnitudine, et iam abnuentes omnia, docet, „oppidum Vagam non amplius mille passuum „abesse: decere illos reliquum laborem ae„quo animo pati, dum pro civibus suis, vi„ris fortissumis atque miserrumis, poenas ca„perent." Praeterea praedam benigne ostentat. Ita animis eorum arrectis, equites in primo late, pedites quam artissume ire, signa occultare iubet.

69.

Vagenses ubi animum advertere, ad se versum exercitum pergere, primo, uti erat res, Metellum rati, portas clausere: deinde, ubi neque agros vastari, et eos, qui primi aderant, Numidas equites vident; rursum

wesenden weg. Dann, als Zorn und Kummer sich gemischt hatten, eilt er mit allem Betreiben, die Unbild zu rächen. Er bricht also mit der Legion, womit er überwinterte, und mit so vielen numidischen Reutern, als er zusammen bringen kann, beym Untergang der Sonne auf, und kommt des folgenden Tages ungefähr um die dritte Stunde in eine Ebne, die mit kleinen Hügeln umgeben war. Da hier die Soldaten, durch den langen Marsch ermüdet, sich durchaus sträubten, weiter zu rücken, stellt er ihnen vor: „die Stadt Vaga sey nicht über tausend Schritte entfernt. Es zieme ihnen, sich der übrigen Beschwerlichkeit mit Gleichmuth zu unterziehen, indem sie für ihre Bürger, die tapfersten und unglücklichsten Männer, zur Rache schritten.“ Dabey weiset er gütig auf die Beute hin, die sie zu hoffen hätten. So erhob er ihren Muth, läßt die Reuter vorn an weit auseinander, das Fußvolk dicht geschlossen fortziehen, und die Fahnen verbergen.

69.

Sobald die Einwohner von Vaga gewahr wurden, daß ein Heer gegen sie anrücke, verfielen sie gleich, wie er's denn war, auf den Metellus, und schlossen die Thore. Da sie aber sehen, daß die Felder nicht verwüstet werden, und daß die Vorderen numidische Reuter seyen, glaubten

Iugurtham arbitrati, cum magno gaudio obvii procedunt. Equites peditesque, repente signo dato, alii volgum, effusum oppido, caedere; alii ad portas festinare; pars turres capere: ira atque praedae spes amplius, quam lassitudo posse. Ita Vagenses biduum modo ex perfidia laetati: civitas magna et opulens poenae cuncta, aut praedae fuit. Turpilius, quem praefectum oppidi unum ex omnibus profugisse supra ostendimus, iussus a Metello causam dicere, postquam sese parum expurgat, condemnatus, verberatusque capite poenas solvit. Nam is civis ex Latio erat.

70.

Per idem tempus Bomilcar, cuius impulsu Iugurtha deditionem, quam metu deseruit, inceperat, suspectus regi, et ipse eum suspiciens, novas res cupere, ad perniciem eius dolum quaerere, diu noctuque fatigare animum. Denique omnia tentando, socium sibi adiungit Nabdalsam, hominem nobilem, magnis opibus, carum acceptumque popularibus suis: qui plerumque seorsum ab rege

sie wieder, es wäre Jugurtha, und giengen ihm mit großer Freude entgegen. Plözlich auf's gegebene Zeichen hieben Reuter und Fußvolk den aus der Stadt geströmten Pöbel nieder; andre eilten den Thoren zu; andre besetzten die Thürme: Zorn und Hoffnung zur Beute vermogten mehr als Müdigkeit. Also freuten sich die Vagenser nur zwey Tage ihres treulosen Abfalls: die große und reiche Stadt fiel ganz der Rache und Plünderung heim. Turpilius, der Stadt=Präfect, der, wie oben erwähnt, von allen allein entflohen war, wurde vom Metellus zur Verantwortung gezogen, und da er sich schlecht rechtfertigte, ward er verurtheilt, gegeißelt und enthauptet. Denn er war ein Bürger aus Latium.

70.

Um eben diese Zeit wurde Bomilcar, auf dessen Antreiben sich Jugurtha zur Ergebung, wovon er nachher aus Furcht zurücktrat, angelassen hatte, dem Könige verdächtig; und er selbst mistrauisch auf ihn, wünschte neue Meuterey, dachte auf Tücke zu seinem Verderben, und ihm ward von diesen Gedanken Tag und Nacht zugesetzt. Nach allen angewandten Versuchen verbindet er sich endlich zum Genossen den Nabdalsa, einen Mann edler Abkunft, reich, lieb und werth seinem Volke, welcher meist abgesondert vom König ein Heer befeh=

exercitum ductare, et omnes res exsequi solitus erat, quae Iugurthae fesso aut maioribus adstricto superaverant; ex quo illi gloria opesque inventae. Igitur utriusque consilio dies insidiis statuitur: cetera, uti res posceret, ex tempore parari placuit. Nabdalsa ad exercitum profectus, quem inter hiberna Romanorum iussus habebat, ne ager, inultis hostibus, vastaretur. Is postquam, magnitudine facinoris perculsus, ad tempus non venit, metusque rem impediebat; Bomilcar simul cupidus incepta patrandi, et timore socii anxius, ne, omisso vetere consilio, novum quaereret, literas ad eum per homines fideles mittit, *mollitiem secordiamque viri accusare*, testari deos, per quos iuravisset; *praemia Metelli in pestem ne converteret; Iugurthae exitium adesse; ceterum suane, an virtute Metelli periret, id modo agitari: proinde reputaret cum animo suo, praemia, an cruciatum mallet.* Sed cum eae literae allatae, forte Nabdalsa, exercito corpore fes-

ligte, und gewöhnlich alle Unternehmungen ausführte, die Jugurtha Müdigkeit halber oder durch wichtigere Dinge aufgehalten, nicht bestreiten konnte. Dadurch hatte er sich Ruhm und Reichthum erworben. Es wird also nach Beyder Verabredung ein Tag zu der Verrätherey bestimmt: das Uebrige sollte zur Zeit nach Maaßgabe der Umstände verfügt werden. Nabdalsa gieng zu dem Heere, das er auf Befehl zwischen dem Winterlager der Römer hatte, damit nicht das Feld von den Feinden ungestraft verwüstet würde. Da er aber, durch das Ungeheure der That erschüttert, nicht zur bestimmten Zeit kam, und seine Furcht die Sache rückgängig machte; so schickt Bomilcar, voll Begier, das Unterfangen zu vollstrecken, und in Angst, sein Genosse möchte aus Furchtsamkeit den alten Entschluß fahren lassen, und sich eines andern besinnen, ihm durch getreue Leute einen Brief, worin er sich über seine Weichheit und Fahrlässigkeit beschwert, und die Götter, bey denen er geschworen, zu Zeugen ruft: „Er solle sich nicht statt Belohnungen vom Metellus Verderben zuziehen. Jugurth'as Untergang sey nah; nur, ob er durch ihre, oder des Metellus Tapferkeit falle, darauf komm' es nun an. Also möcht er bey sich erwägen, ob er lieber Belohnung oder Marter wolle." Gerade als dieser Brief überbracht wurde, ruhte Nabdalsa, müde

sus, in lecto quiescebat: ubi, cognitis Bomilcaris verbis, primo cura, deinde, uti aegrum animum solet, somnus cepit

71.

Erat ei Numida quidam negotiorum curator, fidus acceptusque, et omnium consiliorum, nisi novissumi, particeps. Qui postquam allatas literas audivit; ex consuetudine ratus opera aut ingenio suo opus esse, in tabernaculum introit. Dormiente illo epistolam, super caput in pulvino temere positam, sumit ac perlegit: dein propere, cognitis insidiis, ad regem pergit. Nabdalsa, post paulo experrectus, ubi neque epistolam reperit, et rem omnem, uti acta, cognovit; primo indicem persequi conatus: postquam id frustra fuit, Iugurtham placandi gratia accedit, *quae ipse paravisset facere, perfidia clientis sui praeventa*: lacrumans obtestatus *per amicitiam, perque sua antea fideliter acta, ne super tali scelere suspectum sese haberet.*

72.

Ad ea rex aliter, atque animo gerebat,

von körperlicher Bewegung, auf dem Bette. Nachdem er Bomilcars Aeußerung gesehen, befällt ihn erst Unruh', dann, wie bey krankem Gemüthe gewöhnlich, der Schlaf.

71.

Er hatte einen gewissen Numiden bey sich, der seine Geschäfte besorgte, ihm treu und lieb, und Theilnehmer an allen seinen Anschlägen, außer dem letzten. Als dieser hörte, es sey ein Brief gebracht, glaubt' er, er würde, wie gewöhnlich, etwas dabey zu thun oder zu rathen haben, und trat in das Zelt. Jener schläft; der Brief war achtlos über den Kopf auf's Küssen gelegt; er nimmt ihn, und liest. Dann schnell, von der Heimtücke unterrichtet, eilt er zum König. Wie Nabdalsa kurz darauf erwacht, den Brief nicht findet, versucht er erst dem Angeber nachzusetzen; da dies vergeblich war, geht er zum Jugurtha, ihn zu besänftigen: „Was er bereit gewesen wäre zu thun, darin sey ihm sein treuloser Diener zuvorgekommen." Mit Thränen beschwur er ihn bey seiner Freundschaft, und bey seinen bisher treu geleisteten Diensten, einer solchen Bosheit ihn nicht verdächtig zu halten.

72.

Der König gab hierauf, obgleich anders ge-

placide respondit. Bomilcare aliisque multis, quos socios insidiarum cognoverat, interfectis, iram oppresserat: ne qua ex eo negotio seditio oriretur. Neque post id locorum Iugurthae dies, aut nox ulla quieta fuere: neque loco, neque mortali cuiquam, aut tempori satis credere: cives, hostes iuxta metuere: circumspectare omnia, et omni strepitu pavescere: alio atque alio loco, saepe contra decus regium, noctu requiescere: interdum sommo excitus, arreptis armis tumultum facere: ita formidine, quasi vecordia, exagitari.

73.

Igitur Metellus, ubi de casu Bomilcaris et indicio patefacto ex perfugis cognovit; rursus, tamquam ad integrum bellum, cuncta parat festinatque. Marium, fatigantem de profectione, simul et invitum, et offensum sibi, parum idoneum ratus, domum dimittit. Et Romae plebes, literis, quae de Metello ac Mario missae erant, cognitis, volenti animo de ambobus acceperant. Imperatori nobilitas, quae antea decori, invidiae esse:

sinnt, eine gefällige Antwort. Nachdem er den Bomilcar und viele Andre, von denen er erfahren, daß sie an der Nachstellung Theil genommen, aus dem Wege geräumt hatte, unterdrückt' er den Zorn, damit nicht etwa aus diesem Vorfall ein Aufruhr entstünde. Aber nach dem hatte Jugurtha weder Tag noch Nacht Ruhe; er traute keiner Stelle recht, keinem Menschen, keiner Zeit; fürchtete Bürger wie Feinde; überall blickt' er umher; bey jedem Geräusch schrack er zusammen; des Nachts schlief er itzt da, itzt dort, oft an Orten unziemend der königlichen Würde. Zuweilen fuhr er aus dem Schlafe auf, griff zu den Waffen, machte Tumult. So rüttelte ihn Furcht dem Wahnsinn gleich.

73.

Als Metellus des Bomilcars Fall und den geschehenen Verrath durch Ueberläufer erfuhr, da rüstet er sich wieder, und macht schleunige Anstalten, wie zu einem neuen Kriege. Den Marius, der stäts wegen der Abreise ihm zusetzte, und dabey unwillig sowohl als erbittert ihm wenig nütz schien, entläßt er nach Hause. Zu Rom aber hatte das Volk gerne vernommen, was über Metellus und Marius geschrieben worden. Den Heerführer machte sein Adel, vorher ihm eine Zierde, nun verhaßt, den Marius die Niedrigkeit seiner

at illi alteri generis humilitas favorem addiderat. Ceterum in utroque magis studia partium, quam bona aut mala sua moderata. Praeterea seditiosi magistratus volgum exagitare, Metellum omnibus concionibus capitis arcessere, Marii virtutem in maius celebrare. Denique plebes sic accensa, uti opifices agrestesque omnes, quorum res fidesque in manibus sitae erant, relictis operibus frequentarent Marium, et sua necessaria post illius honorem ducerent. Ita, perculsa nobilitate, post multas tempestates novo homini consulatus mandatur. Et postea populus a Tribuno plebis Manilio Mancino rogatus, *quem vellet cum Iugurtha bellum gerere?* frequens Marium iussit. Senatus paulo ante Metello decreverat: ea res frustra fuit.

74.

Eodem tempore Iugurtha, amissis amicis, (quorum plerosque ipse necaverat; ceteri formidine, pars ad Romanos, alii ad Regem Bocchum profugerant) cum neque bellum geri sine administris posset, et novorum fidem in tanta perfidia veterum expe-

Abkunft noch beliebter. Uebrigens that auf beyden Seiten Partheigeist mehr, als ihr Verdienst und ihr Böses. Dabey wiegelten aufrührische Magistratspersonen den Pöbel auf, klagten in allen Versammlungen den Metellus peinlich an, und priesen das Verdienst des Marius immer höher. Endlich ward das Volk so erhitzt, daß alle Handwerker und Landleute, deren Habe und Credit in dem Erwerb ihrer Hände bestand, die Arbeit verließen, haufenweise dem Marius zuliefen, und ihr Bedürfniß seiner Ehre nachsetzten. Also wird, ein Schlag für den Adel, nach so langen Zeiten, einem Neuemporgekommnen das Konsulat übertragen. Und als nachher der Tribun Mamilius Mancinus das Volk fragte: „Wer den Krieg gegen Jugurtha führen solle?" foderte es, zahlreich, den Marius. Der Senat hatte kurz vorher dazu den Metellus bestimmt; allein das war vergebens.

74.

Jugurtha nun nach dem Verlust seiner Freunde, die er größern Theils selbst getödtet hatte, und wovon die Uebrigen aus Furcht entweder zu den Römern, oder zum König Bocchus geflohen waren, nicht im Stande, ohne Gehülfen den Krieg zu führen, und durch die Treulosigkeit der alten Freunde abgeschreckt, die Treue neuer zu

riri, periculosum duceret, varius incertusque agitabat: neque illi res, neque consilium aut quisquam hominum satis placebat: itinera praefectosque in dies mutare: modo adversum hostes, interdum in solitudines pergere: saepe in fuga, ac post paulo spem in armis habere: dubitare, virtuti popularium, an fidei minus crederet. Ita, quocumque intenderat, res adversae erant. Sed inter eas moras repente sese Metellus cum exercitu ostendit. Numidae ab Iugurtha pro tempore parati instructique. Deinde praelium incipitur. Qua in parte rex affuit, ibi aliquamdiu certatum: ceteri omnes primo concursu pulsi fugatique: Romani signorum et armorum aliquanto numero, hostium paucorum potiti. Nam ferme Numidas in omnibus praeliis pedes magis, quam arma, tutata sunt.

75.

Ea fuga Iugurtha impensius modo rebus suis diffidens, cum perfugis et parte equitatus in solitudines, dein Thalam pervenit: id oppidum magnum et opulentum, ubi plerique thesauri, filiorumque eius multus pue-

versuchen, schwankte eben damals unstät und ungewiß hin und her. Keine Sache, kein Anschlag, noch irgend ein Mensch genügte ihm. Täglich änderte er den Zug und die Befehlshaber; bald rückte er dem Feinde, bald Wüsteneyen zu: oft setzt' er seine Hofnung auf Flucht, kurz hernach auf die Waffen; er zweifelte, ob er auf die Tapferkeit, oder auf die Treue seines Volks weniger fußen dürfe. Wohin er sich also nur wendete, drohte ihm widriges Schicksal. Aber noch zögerte er: da plötzlich erscheint Metellus mit dem Heere. Jugurtha ordnet, stellt die Numiden, wie es noch möglich; das Treffen beginnt. Wo der König war, dort focht man eine Weile; die übrigen Alle wurden beym ersten Angriff ab- und in die Flucht geschlagen. Die Römer bekamen eine Anzahl Fahnen und Waffen, nur wenige Gefangene. Denn schier in allen Treffen sicherten sich die Numiden mehr durch ihre Füße, als durch die Waffen.

75.

Nach dieser Flucht verzagte Jugurtha noch mehr an seiner Sache. Er kam mit den Ueberläufern und einem Theil der Reuterey in öde Gegenden, und sodann nach Thala, einer großen und reichen Stadt, wo seine meisten Schätze waren, und seine Söhne stattlich erzogen wurden.

ritiae cultus erat. Quae postquam Metello comperta, quamquam inter Thalam flumenque proximum, spatio millium quinquaginta, loca arida atque vasta esse cognoverat; tamen spe patrandi belli, si eius oppidi potitus foret, omnes asperitates supervadere, ac naturam etiam vincere aggreditur. Igitur omnia iumenta sarcinis levari iubet, nisi frumento dierum decem: ceterum utres modo, et alia aquae idonea portari. Praeterea conquirit ex agris, quam plurimum potest, domiti pecoris; eo imponit vasa cuiusque modi, pleraque lignea, collecta ex tuguriis Numidarum. Ad hoc finitumis imperat, qui se post regis fugam Metello dederant, quam plurimum quisque aquae portarent: diem locumque, ubi praesto forent, praedicit. Ipse ex flumine, quam proxumam oppido aquam supra diximus, iumenta onerat. Eo modo instructis ad Thalam proficiscitur. Deinde ubi ad id loci ventum, quo Numidis prae-

Metellus erfährt dies nicht so bald, als er, wiewohl ihm bekannt war, daß zwischen Thala und dem nächsten Fluß eine Strecke von fünfzig tausend Schritten alles dürre und wüste lag, dennoch in Hofnung, nach Eroberung der Stadt, den Krieg bald zu enden, sich vorsetzte, alle Schwürigkeiten zu übersteigen, und selbst die Natur zu besiegen. Er befiehlt demnach, alle Lastthiere des Gepäckes, bis auf einen Getraide-Vorrath für zehn Tage, zu entladen, übrigens ihnen Schläuche und andre Wasserbehälter aufzulegen. Dazu läßt er alles zahme Vieh auf den Feldern zusammensuchen, und dies mit Gefäßen aller Art, meist mit hölzernen, gesammelt aus den Hütten der Numiden, beladen. Von den Benachbarten aber, die sich nach der Flucht des Königs dem Metellus ergeben hatten, sollte ein jeder so viel Wasser, als möglich, herbeyschaffen, und er bestimmt ihnen Tag und Ort, wo sie bey der Hand seyn sollten. Er selbst läßt aus dem besagten, der Stadt nächsten Flusse den Lastthieren Wasser aufladen; und so ausgerüstet zog er auf Thala zu. Da man an den Ort gekommen, wohin er die Numiden bestellt hatte, und das Lager aufgeschlagen und befestiget war, stürzte, wie man sagt, plötzlich vom Himmel ein solcher Regenguß, daß dieser allein dem Heere genug und Ueberfluß schaffte. Auch die Zufuhr war über Erwartung.

ceperat, et castra posita munitaque sunt; tanta repente coelo missa vis aquae dicitur, ut ea modo exercitui satis superque foret: praeterea commeatus spe amplior; quia Numidae, sicuti plerique in nova deditione, officia intenderant. Ceterum milites, religione, pluvia magis usi: eaque res multum animis eorum addidit: nam rati sese Dis immortalibus curae esse. Deinde postera die, contra opinionem Iugurthae, ad Thalam perveniunt. Oppidani, qui se locorum asperitate munitos crediderant, magna atque insolita re perculsi, nihilo segnius bellum parare: idem nostri facere.

76.

Sed rex nihil iam infectum Metello credens, quippe qui omnia, arma, tela, lo os, tempora, denique naturam ipsam, ceteris imperitantem, industria vicerat, cum liberis et magna parte pecuniae ex oppido noctu profugit. Neque postea in ullo loco amplius una die aut una nocte moratus, simulabat sese negotii gratia properare; ceterum proditionem timebat, quam vitare posse celeritate putabat; nam talia consilia per otium et ex

Denn die Numiden hatten, wie bey einer neuen Uebergabe gewöhnlich ist, ihren Diensteifer zu beweisen gesucht. Die Soldaten bedienten sich übrigens aus dankbarer Verehrung der Götter, mehr des Regenwassers; und dieser Umstand stärkte ungemein ihren Muth, indem sie schlossen, daß die Unsterblichen sich ihrer annähmen. Darauf kamen sie den folgenden Tag, wider des Jugurtha Vermuthen, bey Thala an. Die Einwohner, die sich durch die rauhe Gegenden umher gesichert glaubten, wurden über die große und ungewöhnliche Unternehmung bestürzt; nichts desto minder rüsteten sie sich zum Gefechte. Eben das thaten die Unsrigen.

76.

Der König aber, jetzt der Meinung, daß dem Metellus nichts unmöglich sey, da er Allem, Waffen, Geschoß, Ort = und Zeit = Umständen, endlich selbst der Natur, der allbefehlenden, durch rastloses Fortdringen Troz geboten hatte, entfloh mit seinen Kindern und einem großen Theil des Geldes bey Nacht aus der Stadt. Nachher verweilte er auch an keinem Orte länger als einen Tag, oder eine Nacht; zwar unter dem Vorwande, als eil' er eines Unternehmens wegen, im Grunde aber, weil er Verrath fürchtete, dem er durch Eilfertigkeit glaubte ausweichen zu können,

opportunitate capi. At Metellus ubi oppidanos proelio intentos, simul oppidum et operibus et loco munitum videt, vallo fossaque moenia ciccumvenit. Deinde locis ex copia maxume idoneis vineas agere, insuper aggere, turribus, opus et administros tutari. Contra h ec oppidani festinare, parare: prorsus ab utrisque nihil reliquum fieri. Denique Romani, multo ante labore praeliisque fatigati, post dies quadraginta, quam eo ventum erat, oppido modo potiti: praeda omnis a perfugis corrupta. Ii postquam murum arietibus feriri, resque suas afflictas vident, aurum atque argentum, et alia, quae prima ducuntur, domum regiam comportant: ibi vino et epulis onerati, illaque, et domum, et semet igni corrumpunt; et quas victi ab hostibus poenas metuerant, eas ipsi volentes pependere.

77.

Sed pariter cum capta Thala legati ex oppido Lepti ad Metellum venerant, orantes, „uti prae„sidium praefectumque eo mitteret: Hamilca-

da solche Anschläge nur bey Weile und Gelegenheit gefaßt würden. Wie aber Metellus die Einwohner fertig zur Gegenwehr, und auch die Stadt sowohl durch Kunst, als ihre Lage befestiget sieht, umgiebt er die Mauern mit Wall und Graben. Hierauf läßt er an den unter andern am meisten schicklichen Plätzen Sturmdächer anrücken, dazu durch Damm und Thürme das Werk und die Arbeit decken. Die Einwohner hingegen fördern und rüsten sich zur Wehre; beyderseits läßt man es an Nichts fehlen. Endlich eroberten die Römer, lange schon durch Arbeit und Kämpfen ermüdet, nach vierzig Tagen seit ihrer Ankunft, die Stadt, kamen aber durch die Ueberläufer um alle Beute. Nachdem diese die Mauer durch Widder zertrümmern, und sich in mislicher Lage sehen, tragen sie alles Gold und Silber und andre Kostbarkeiten in den königlichen Pallast zusammen. Dort, voll von Wein und vom Schmause, zerstören sie Das und das Haus und sich selbst durch die Flamme. So vollzogen sie an sich freywillig die Strafe, die sie, vom Feinde besiegt, zu fürchten hatten.

77.

Eben als Thala eingenommen war, kamen Gesandte aus der Stadt Leptis zum Metellus, mit der Bitte: „Er möchte doch Besatzung und

„rem quemdam, hominem nobilem, factiosum; „novis rebus studere, adversum quem neque „imperia magistratuum, neque leges vale-„rent: ni id festinaret, in summo periculo suam salutem, illorum socios fore." Nam Leptitani iam inde a principio belli Iugurthini ad Bestiam consulem, et postea Romam miserant, amicitiam societatemque rogatum. Deinde, ea impetrata, semper boni fidelesque mansere: et cuncta a Bestia, Albino, Metelloque imperata navi fecerant. Itaque ab imperatore facile, que petebant, adepti. Eo missae cohortes Ligurum quatuor, et C. Annius praefectus.

78.

Id oppidum ab Sidoniis conditum, quos accepimus profugos ob discordias civiles, navibus in eos locos venisse: ceterum situm inter duas Syrtes, quibus nomen ex re inditum. Nam duo sunt sinus prope in extrema Africa impares magnitudine, pari natura: quorum proxuma terrae praealta sunt;

einen Befehlshaber dahin schicken. Ein gewisser Hamilkar, ein Mann von Adel und aufrührischer Kopf, gehe mit Empörung um; und er kehre sich weder an die Befehle der Obern noch an Gesetze. Wo er nicht damit eile, so wäre ihr Heil, wären sie, der Römer Bundesgenossen, in der äussersten Gefahr." Denn die Leptitaner hatten gleich schon beym Anfange des Jugurthinischen Kriegs an den Konsul Bestia, und in der Folge nach Rom geschickt, um Freundschaft und Bündniß zu bitten. Nach der Erlangung derselben blieben sie immer gutgesinnt und treu, und thaten mit Eifer alles, was ihnen von Bestia, Albinus, und Metellus geheißen ward. Deswegen erhielten sie von dem Heerführer leicht die Willfahrung ihrer Bitte. Vier Cohorten Ligurer unter dem Befehl des C. Annius wurden nach Leptis abgeschickt.

78.

Diese Stadt ist von den Sidoniern erbaut worden, die, wie wir vernommen, flüchtig wegen einheimischen Zwiespalts, zu Schiffe in diese Gegenden kamen. Uebrigens liegt sie zwischen den beyden Syrten, die von ihrer Beschaffenheit den Namen haben. Denn es sind zwey Busen nahe am äußersten Ende von Afrika, ungleich an Größe, von gleicher Natur. Nächst am Ge-

cetera, uti fors tulit, alta; alia in tempestate vadosa. Nam ubi mare magnum esse, et saevire ventis coepit, limum arenamque et saxa ingentia fluctus trahunt: ita facies locorum cum ventis simul mutatur. Eius civitatis lingua modo conversa connubio Numidarum: leges, cultusque pleraque Sidonica. Quae eo facilius retinebant, quod procul ab imperio regis aetatem agebant: inter illos et frequentem Numidiam multi vastique loci erant.

79.

Sed quoniam in has regiones per Leptitanorum negotia venimus: non indignum videtur, egregium atque mirabile facinus duorum Carthaginiensium memorare. Eam rem locus admonuit. Qua tempestate Carthaginienses pleraeque Africae imperitabant, Cyrenenses quoque magni atque opulenti fuere. Ager in medio arenosus, una specie: neque flumen, neque mons erat, qui fines eorum discerneret. Quae res eos in magno diuturno bello inter se habuit. Post-

stade sind sie sehr tief, im Uebrigen, wie es sich fügt, itzt tief, und ein anders Mal seichte. Wann nämlich das Meer anschwillt und von Stürmen wüthet, so treiben die Fluthen Leim, Sand und ungeheure Steine. Also wechselt das Aussehn dieser Oerter zugleich mit den Winden. Die Sprache dieser Stadt veränderte sich durch die Heurathen mit den Numiden. Gesetze und Sitten sind meist sydonisch. Sie hielten dieselben um so leichter bey, weil sie fern vom Sitze der königlichen Herrschaft lebten. Zwischen ihnen und dem bevölkerten Numidien sind weite und wüste Strecken.

79.

Weil uns aber die Angelegenheiten der Leptitaner in diese Gegenden geführt haben, so verlohnt es sich wohl, der vortreflichen und bewundernswürdigen That von zween Carthaginensern zu gedenken. Der Ort mahnt mich an die Geschichte. Zur Zeit, da die Carthaginenser fast über ganz Afrika herrschten, waren auch die Cyrener groß und mächtig. Das Land zwischen ihnen war sandig, eine Oede, und kein Fluß, kein Berg schied ihre Gränzen. Dies hielt sie untereinander in einem schweren und langwierigen Kriege. Nachdem beyderseits Legionen und Flotten niedergemacht und geschlagen waren, und die Ei-

quam utrimque legiones, item classes, fusae fugataeque, et alteri alteros aliquantum attriverant; veriti, ne mox victos victoresque defessos alius aggrederetur, per inducias sponsionem faciunt, „uti certo die legati domo „proficiscerentur: quo in loco inter se obvii „fuissent, is communis utriusque populi finis „haberetur." Igitur Carthagine duo fratres missi, quibus nomen *Philaenis* erat, maturavere iter pergere: Cyrenenses tardius iere. Id secordiane, an casu acciderit, parum cognovi: ceterum solet in illis locis tempestas haud secus, atque in mari, retinere. Nam ubi per loca aequalia et nuda gignentium ventus coortus arenam humo excitavit; ea magna vi agitata, ora oculosque implere solet: ita prospectu impedito, morari iter. Postquam Cyrenenses aliquanto posteriores se vident, et ob rem corruptam domi poenas metuunt; criminari, *Carthaginienses ante tempus domo degressos*, conturbare rem, denique omnia malle, quam victi abire. Sed cum Poeni aliam conditio-

nen der Andern Kräfte ziemlich aufgerieben hatten, machten sie, aus Furcht, bald möchte ein Dritter Besiegte und Sieger nach ihrer Entkräftung angreifen, einen Waffenstillstand, und den Vertrag: „daß an einem bestimmten Tage Gesandte von Haus abreisen sollten; die Stelle, wo sie einander begegnen würden, sollte für die gemeinschaftliche Gränze beyder Völker gelten.“ Demnach wurden von Carthago zween Brüder abgeschickt, mit Namen Philäner. Ungesäumt setzten diese ihre Reise fort; die Cyrener giengen langsamer. Ob das aus Fahrlässigkeit oder Zufall geschah, weiß ich eben nicht. Uebrigens pflegt an diesen Orten der Sturm nicht weniger, als auf dem Meere aufzuhalten. Denn wenn in den ebenen und unbewachsenen Gegenden ein entstandener Wind den Sand vom Boden aufjagt, so wird er mit großem Ungestüm umhergetrieben, füllt Mund und Augen; und hindert so das vor sich Sehen und das Fortkommen. Da die Cyrener gewahr werden, daß sie nicht wenig zurückgeblieben seyen, und, weil sie ihre Sache verdorben, daheim Strafe befürchten; so verlästern sie die Carthaginenser, sie wären vor der Zeit von Haus abgegangen, verwirren also den Handel, und wollen eher Alles, als überwunden von dannen gehen. Aber auf das Verlangen der Poener, man solle ihnen einen andern, nur billigen,

nem, tantummodo aequam, peterent; Graeci optionem Carthaginiensium faciunt, „vel „illi quos fines populo suo peterent, ibi vi„vi obruerentur; vel eadem conditione sese, „quem in locum vellent, processuros." Philaeni, conditione probata, seque vitamque reipublicae condonavere. Ita vivi obruti. Carthaginienses in eo loco Philaenis fratribus aras consecravere: aliique illis domi honores instituti. Nunc ad rem redeo.

80.

Iugurtha postquam, amissa Thala, nihil satis firmum contra Metellum putat; per magnas solitudines cum paucis profectus, pervenit ad Gaetulos, genus hominum ferum incultumque, et eo tempore ignarum nominis Romani. Eorum multitudinem in unum cogit: ac paulatim consuefacit, ordines habere, signa sequi, imperium observare, item alia militaria facere. Praeterea regis Bocchi proxumos magnis muneribus, et maioribus promissis, ad studium sui perducit. Quis adiutoribus regem aggressus impellit, uti ad-

Vorschlag thun, lassen ihnen die Griechen die Wahl: „Entweder sollten sie da, wo sie für ihr „Volk die Gränze verlangten, sich lebendig begra„ben lassen, oder sie wollten unter der nämlichen „Bedingung so weit fortgehen, als es ihnen ge„fiele." Die Philäner nahmen den Vorschlag an, und opferten sich und ihr Leben dem Staate. So wurden sie lebendig verscharrt. Die Carthaginenser heiligten auf der Stelle den beyden Philänern Altäre, und zu Hause wurden ihnen noch andre Ehrenbezeugungen veranstaltet. Nun kehre ich zur Sache zurück.

80.

Nach dem Verluste von Thala glaubte Jugurtha sich durch nichts mehr gegen den Metellus sichern zu können, zog also mit Wenigen durch große Einöden, und kam zu den Gätulern einem wilden und ungebildeten Volke, welches damals den Namen Römer noch nicht kannte. Von diesem zieht er einen großen Haufen zusammen, und gewöhnt sie allmälig, Reihen zu halten, den Fahnen zu folgen, auf die Befehle zu achten, und sonstigen Kriegsdienst zu thun. Dabey sucht er die nächsten Freunde des Königs Bocchus durch große Geschenke und noch größere Versprechungen für sich zu gewinnen. Durch diese unterstützt macht er sich an den König und dringt in ihn, gegen

versum Romanos bellum suscipiat. Id ea gratia facilius proniusque fuit, quod Bocchus initio huiusce belli legatos Romam miserat, foedus et amicitiam petitum: quam rem opportunissimam incepto bello, pauci impediverant, caeci avaritia [quîs omnia honesta atque inhonesta vendere mos erat]. Etiam antea Iugurthae filia Bocchi nupserat. Verum ea necessitudo apud Numidas Maurosque levis ducitur; quod singuli, pro opibus quisque, quam plurimas uxores, denas alii, alii plures habent, sed reges eo amplius. Ita animus multitudine distrahitur: nulla pro socia obtinet: pariter omnes viles sunt.

81.

Igitur in locum ambobus placitum exercitus conveniunt. Ibi, fide data et accepta, Iugurtha Bocchi animum oratione accendit: „Romanos iniustos, profunda avaritia, com-„munes omnium hostes esse: eandem illos „causam belli cum Boccho habere, quam se-„cum et cum aliis gentibus, lubidinem impe-

die Römer Krieg anzufangen. Dies war um so leichter und eher zu bewirken, weil Bocchus beym Anfange dieses Krieges Gesandte nach Rom geschickt hatte, um Bündniß und Freundschaft zu suchen: etwas, das zu dem unternommenen Krieg äußerst gelegen gewesen wäre, was aber einige Wenige, (denen alles Ehrbare und Unehrbare feil war) blind von Habsucht, hintertrieben hatten. Auch hatte schon vorher Jugurtha sich mit der Tochter des Bocchus vermählt. Indeß wird eine solche Verbindung bey den Numiden und Mauren gering geachtet, weil jeder, nach seinen Vermögensumständen eine große Menge Weiber hat, Einer zehn, der Andere noch mehr, der König aber die meisten. Also wird die Neigung durch die Vielheit zertheilt; keine ist Gattinn; alle gelten gleich wenig.

81.

Die Heere kommen demnach an dem von beyden bestimmten Orte zusammen. Hier versicherten sie sich wechselseitig Treue, und Jugurtha feuert durch Zureden den Muth des Bocchus an: „Die „Römer seyen Ungerechte, von verschlingender „Habsucht, Aller gemeinschaftliche Feinde. Sie „hätten den nämlichen Anlaß zu Krieg wider den „Bocchus, als gegen ihn und gegen andre Na„tionen: die Begier unumschränkt zu herrschen.

„ritandi, quîs omnia regna adversa sint: tum „sese, paulo ante Carthaginienses, item re„gem Persen, post, uti quisque opulentissu„mus videatur, ita Romanis hostem fore." His atque aliis talibus dictis ad Cirtam oppidum iter constituunt; quod ibi Metellus praedam captivosque et impedimenta locaverat. Ita Iugurtha ratus, aut, capta urbe, operae pretium fore; aut si Romanus auxilio suis venisset, praelio sese certaturos. Nam callidus id modo festinabat, Bocchi pacem imminuere; ne moras agitando, aliud, quam bellum, mallet.

82.

Imperator postquam de regum societate cognovit; non temere, neque, uti saepe iam victo Iugurtha consueverat, omnibus locis pugnandi copiam facit. Ceterum haud procul ab Cirta, castris munitis, reges opperitur; melius ratus, cognitis Mauris, quoniam is novus hostis accesserat, ex commodo pugnam facere. Interim Roma per literas certior fit, provinciam Numidiam Mario datam:

„Alle Reiche sey'n wider sie. Itzt seye Er, wie „es kurz zuvor die Carthaginenser und der König „Perses gewesen, nach ihm wäre ein jeder, so „wie er der Vermögendste schiene, der Römer Feind.“ Nach diesen und der Art Vorstellungen beschließen sie, auf die Stadt Cirta anzurücken, weil dort Metellus Beute, Gefangene und Gepäck hatte hinbringen lassen. Denn Jugurtha glaubte, entweder die Eroberung der Stadt würde die Mühe lohnen, oder daß, wenn der Römer den Seinigen zu Hülfe käme, ein Treffen vorfallen würde. Der Schlaue eilte nur, um es nicht mit Bocchus zum Frieden kommen zu lassen, damit nicht etwaiges Hinzögern ihn wieder anders, als für Krieg stimme.

82.

Der Feldherr aber, nachdem er die Verbindung der Könige erfahren hatte, bietet nicht auf gut Glück, noch, wie er's gegen den so oft überwundenen Jugurtha gewohnt war, an allen Orten Gelegenheit zum Treffen; vielmehr erwartet er die Könige nicht weit von Cirta in einem befestigten Lager; indem er es für besser hielt, erst wenn er die Mauren, den neu hinzugekommenen Feind, kennen gelernt, nach ersehenem Vortheil, zu fechten. Indeß thun ihm Briefe von Rom zu wissen, dem Marius sey die Provinz Numidien übertra-

nam consulem factum, iam antea acceperat. Quîs rebus supra bonum atque honestum perculsus, neque lacrumas tenere, neque moderari linguam: vir egregius in aliis artibus, nimis molliter aegritudinem pati. Quam rem alii in superbiam vertebant; alii bonum ingenium contumelia accensum esse; multi, quod iam parta victoria ex manibus eriperetur: nobis satis cognitum, illum magis honore Marii, quam iniuria sua excruciatum; neque tam anxie laturum fuisse, si ademta provincia alii, quam Mario, traderetur.

83.

Igitur eo dolore impeditus, et qui stultitiae videbatur, alienam rem periculo suo curare, legatos ad Bocchum mittit, postulatum, „ne sine causa hostis populo Romano fieret: habere eum magnam copiam societatis amicitiaeque coniungendae, quae potior bello esset: quamquam opibus confideret, non debere incerta pro certis mutare. Omne bellum sumi facile, ceterum aegerrume desi-

gen; denn daß er Konsul geworden, hatte er schon vorher vernommen. Dies schlug ihn tiefer nieder, als recht und ziemend. Er konnte nicht die Thränen zurück- nicht seine Zunge im Zaume halten. Der im Uebrigen erhabene Mann gab sich gar zu weich der Bekümmerniß hin. Dies legten Einige aus als Stolz, Andre, sein Edelsinn sey durch den Schimpf aufgebracht worden, Viele, weil ihm der schon errungene Sieg aus den Händen gerissen würde. Uns ist sattsam bekannt, daß ihn mehr die Erhebung des Marius, als die ihm zugefügte Unbild gefoltert habe, und daß er sich nicht so gekränkt hätte, wenn die ihm genommene Provinz einem Andern, als dem Marius wäre übertragen worden.

83.

Also durch diesen Schmerz hingehalten, und weil es ihm thöricht schien, fremde Sache mit eigener Gefahr zu besorgen, schickt er Gesandte zum Bocchus, ihm vorzustellen: „Er solle doch nicht „ohne Ursache ein Feind gegen das römische Volk „werden. Er habe die beste Gelegenheit, Bünd„niß und Freundschaft zu knüpfen, was zuträgli„cher wäre, als Krieg. Wenn er auch seiner „Macht vertraue, so müsse er doch nicht das Un„gewisse um das Gewisse tauschen. Aller Krieg „beginne sich leicht, aber es halt' schwer, ihn zu

„nere: non in eiusdem potestate initium eius „et finem esse: incipere cuivis, etiam igna„vo licere; deponi, cum victores velint. Pro„inde sibi regnoque consuleret; neu florentes „res suas cum Iugurthae perditis misceret." Ad ea rex satis placide verba facit: „sese „pacem cupere, sed Iugurthae fortunarum „misereri: si eadem illi copia fieret, omnia „conventura." Rursus imperator contra postulata Bocchi nuncios mittit. Ille probare partim, partim abnuere. Eo modo saepe ab utroque missis remissisque nunciis tempus procedere, et, ex Metelli voluntate, bellum intactum trahi.

84.

At Marius, ut supra diximus, cupientissuma plebe Consul factus, postquam ei provinciam Numidiam populus iussit, antea iam infestus nobilitati, tum vero multus atque ferox instare: singulos modo, modo universos laedere: dictitare, „sese „consulatum ex victis illis spolia cepisse;" alia praeterea magnifica pro se, et illis dolentia. Interim, quae bello opus erant, pri-

„enden. Ihn anfangen und beschließen sey nicht „in Eines und desselben Gewalt; anheben könne „ein jeder, auch der Feige, ihn beylegen nur die „Willkühr des Siegers. Demnach möcht' er für „sich und sein Reich sorgen, und nicht sein blü„hendes Glück mit dem gesunkenen des Jugurtha „zu Grunde richten." Hierauf erwiedert der König sehr gefällig: „Er wünsche Frieden; aber Ju„gurtha's Unglück gehe ihm nahe; wenn diesem „ein gleiches Anerbieten geschähe, würde alles sich „fügen." Wiederum schickt der Feldherr auf die Anfoderung des Bocchus Gesandte. Dieser nimmt theils an, theils verwirft er. Auf solche Art, durch das öftere Hin= und Herschicken der Boten, verstrich die Zeit; und nach Metellus Wunsch zog sich der Krieg unbegonnen in die Länge.

84.

Marius aber, wie oben gesagt, auf das dringende Verlangen des Pöbels Konsul geworden, bot nun, nachdem ihm das Volk die Provinz Numidien übertragen hatte, vorher schon dem Adel feind, erst vollends und trotzend selbem die Stirne; versetzte es bald Einzelnen, bald Allen; sagte laut: „das Konsulat habe er zur Ausbeute des „über ihn erhaltenen Sieges bekommen," und was noch sonst sich zu erheben, und jene zu kränken diente. Indeß sorgte er vor allem für das

ma habere: postulare legionibus supplementum, auxilia a populis et regibus sociisque arcessere: praeterea ex Latio fortissimum quemque, plerosque militiae, paucos fama cognitos accire, et ambiendo cogere homines emeritos stipendiis. Neque illi Senatus, quamquam adversus erat, de ullo negotio abnuere audebat; ceterum supplementum etiam laetus decreverat: quia, neque plebe militiam volente, putabatur Marius aut belli usum, aut studia volgi amissurus. Sed ea res frustra sperata. Tanta lubido cum Mario eundi plerosque invaserat. Sese quisque praeda locupletem, victorem domum rediturum, alia huiuscemodi, animis trahebant: et eos non paulum oratione sua Marius arrexerat. Nam postquam, omnibus, quae postulaverat, decretis, milites scribere volt; hortandi causa simul, et nobilitatem, uti consueverat, exagitandi, concionem populi advocavit. Deinde hoc modo disseruit:

85.

„Scio ego, Quirites, plerosque iisdem „artibus imperium a vobis petere, et, post-

Nöthige zum Kriege, foderte Mannschaft zur Ergänzung der Legionen, ließ von Völkern, Königen und Bundsgenossen Hülfstruppen herbeyschaffen; danebst berief er aus Latium alle Tapfere, wovon er die meisten in Kriegsdiensten, wenige durch den Ruf kennen gelernt hatte, und wuste auch bereits Ausgediente zum Mitziehen zu gewinnen. Der Senat, so sehr er ihm entgegen war, wagte es nicht, ihm irgend etwas abzuschlagen; sogar hatte er die Truppen-Ergänzung mit Freuden bewilligt, in der Meynung, Marius würde, bey der Abneigung des Pöbels gegen den Krieg, entweder ihn zu führen außer Stande gesetzt werden, oder die Gunst des Volkes verlieren. Aber diese Hoffnung schlug fehl; solch eine Begierde, mit dem Marius zu ziehen, hatte die Meisten befallen. Mit Beute bereichert, als Sieger sah sich jeder im Geiste wieder heimkehren; und bey diesen und der Art Vorstelungen regte Marius durch seine Rede nicht wenig ihren Muth auf. Denn nachdem alle seine Foderungen zugestanden waren, und er Soldaten werben wollte, berief er, theils um es aufzufrischen, theils, um seiner Gewohnheit nach, den Adel zu schütteln, das Volk zu einer Versammlung. Dann redete er also:

85.

„Ich weiß Quiriten, daß die Meisten nicht „mit dem nämlichen Benehmen bey Euch um Wür=

„quam adepti sunt, gerere: primo industri„os, supplices, modicos esse; dehinc per ig„naviam et superbiam aetatem agere. Sed „mihi contra ea videtur, nam quo universa „respublica pluris est, quam consulatus aut „praetura, eo maiore cura illam administra„ri, quam haec peti debere. Neque me fal„lit, quantum cum maxumo beneficio vestro „negotii sustineam. Bellum parare simul, et „aerario parcere; cogere ad militiam, quos „nolis offendere; domi forisque omnia cu„rare; et ea agere inter invidos, occursan„tes, factiosos, opinione, Quirites, asperius „est. Ad hoc, alii si deliquere, vetus nobi„litas, maiorum facta fortia, cognatorum et „affinium opes, multae clientelae, omnia „haec praesidio adsunt: mihi spes omnes in „memet sitae, quas necesse est et virtute, „et innocentia tutari. Nam alia infirma sunt. „Et illud intelligo, Quirites, omnium ora in „me conversa esse: aequos bonosque favere „(quippe bene facta mea reipublicae proce„dunt); nobilitatem locum invadendi quae„rere. Quo mihi acrius adnitendum est, ut

„den ansuchen, und, nach der Erlangung, selbe „verwalten. Erst sind sie betriebsam, schmeidig, „maaßachtend; nachher treiben sie in Laffheit und „Uebermuth ihr Leben hin. Mir scheint gerade „das Gegentheil recht. Denn um wie viel das „gesammte gemeine Wesen mehr gilt, als Kon= „sulat oder Prätur, um so mehr muß man jenes „eifriger verwalten, als um diese sich mühen. „Auch weiß ich gar wohl, was für ein schweres „Geschäft durch eure so große Wohlthat mir ob= „liege. Kriegsrüstungen zugleich und der Schatz= „kammer schonen; zum Kriegsdienste zwingen, „und nicht anstoßen wollen; daheim und draußen „für Alles sorgen; und dies Alles betreiben unter „Neidern, Widersachern und Meutsüchtigen, ist „schwüriger, Quiriten, als man meynt. Anbey, „wenn's Andere versehen haben, so sind ihr alter „Adel, der Vorfahren tapfere Thaten, die Macht „ihrer Verwandten und Angehörigen, viele Client= „schaften, alles das ist zum Schutze da. Meine „ganze Hoffnung beruht auf mich selbst, die ich „nothwendig so durch Verdienst, als Unsträfflich= „keit sichern muß. Denn auf was Anderes kann „ich nicht fußen. Auch das seh' ich, Quiriten, „daß Aller Augen auf mich gekehrt sind; daß die „Rechtlichen und Braven mir wohlwollen, weil „das Gute, so ich in's Werk gestellt, den Staat „fördert, dagegen der Adel, mich anzufallen, Ge=

„neque vos capiamini, et illi frustra sint. „Ita ad hoc aetatis, a pueritia fui, ut om- „nes labores, pericula consueta habeam. „Quae ante vestra beneficia, gratuito facie- „bam, ea uti, accepta mercede, deseram, „non est consilium, Quirites. Illis difficile „est in potestatibus temperare, qui per am- „bitionem sese probos simulavere: mihi, qui „omnem aetatem in optumis artibus egi, be- „ne facere iam ex consuetudine in naturam „vertit. Bellum me gerere cum Iugurtha ius- „sistis; quam rem nobilitas aegerrume tulit. „Quaeso, reputate cum animis vestris, num id „mutare melius sit, si quem ex illo globo „nobilitatis ad hoc, aut aliud tale negotium „mittatis, hominem veteris prosapiae ac mul- „tarum imaginum, et nullius ſtipendii: scili- „cet ut in tanta re, ignarus omnium, trepi- „det, festinet, sumat aliquem ex populo mo- „nitorem officii. Ita plerumque evenit, ut „quem vos imperare iussistis, is imperatorem „alium quaerat. Ac ego scio, Quirites, qui, „postquam Consules facti sunt, acta maio-

„legenheit sucht. Um so nachdrücklicher muß ich „hinstreben, daß man auch Euch nicht fange, und „daß ich's jenen vereitle. So bin ich von Kind„heit an bis in mein jetziges Alter gewesen, aller „Beschwerden und Gefahren gewohnt. Was ich, „eh' ihr mir wohlgethan, willig umsonst that, „davon, nach empfangenen Lohn, nun abzu„lassen, ist meine Absicht nicht, Quiriten. Jenen „fäll'ts schwer, sich als Gewalthaber zu mäßigen, „die, um Würden zu erschleichen, den Frömm„ling spielten; bey mir, der ich mein ganzes Le„ben das Beste betrieb, hat sich das Bravthun „aus Gewohnheit schon in Natur verkehrt. Ihr „habt mir die Führung des Kriegs gegen Jugur„tha übertragen, und das hat tief den Adel ge„kränkt. Ich bitte, geht mal mit euch zu Rath, „ob der Wechsel wohl besser sey, wenn ihr Einen „aus jenem Schwalle des Adels zu diesem oder „so einem Geschäft abschicktet, einen Menschen „von altem Abstamm, vielen Ahnenbildern, der „nie das Kriegswesen gehandhabet: ja wohl! damit „er in einer so wichtigen Sache, unwissend in Allem, „sich ängstle, übertummle, endlich einen aus dem „Volk nehme, der ihm seine Pflicht weise. So „geschieht's dann meist, daß der, den ihr zum „Befehlshaber gemacht, sich einen andern Anfüh„rer sucht. Und ich weiß derer, Quiriten, die,

„rum et Graecorum militaria praecepta legere „coeperint; homines praeposteri. Nam gere-„re, quam fieri, tempore posterius, re atque „usu prius est. Comparate nunc, Quirites, „cum illorum superbia me hominem novum. „Quae illi audire et legere solent, eorum par-„tem vidi, alia egomet gessi: quae illi lite-„ris, ego militando didici. Nunc vos existu-„mate, facta, an dicta pluris sint. Contem-„nunt novitatem meam; ego illorum igna-„viam: mihi fortuna, illis probra obiectan-„tur. Quamquam ego naturam unam et com-„munem omnium existimo, sed fortissumum „quemque generosissumum. Ac si iam ex pa-„tribus Albini aut Bestiae quaeri posset, *me-„ne, an illos ex se gigni maluerint*; quid „responsuros creditis, nisi, *sese liberos quam „optumos voluisse*? Quod si iure me despi-„ciunt, faciunt idem maioribus suis; quibus, „uti mihi, ex virtute nobilitas coepit. invi-„dent honori meo: ergo invideant et labori, „innocentiae, periculis etiam meis; quoniam „per haec illum cepi. Verum homines cor-„rupti superbia ita aetatem agunt, quasi ve-„stros honores contemnant; ita hos petunt,

„nachdem sie Konsuln geworden, anfiengen die
„Thaten der Vorfahren, und die Schriften der
„Griechen über die Kriegskunst zu lesen: die
„Queerköpfe! Denn der Zeit nach folgt das Ver=
„walten auf's Haben, wirklich und im Brauche
„geht's vor. Vergleicht nun Quiriten, mit jener
„ihrem Stolze mich Neuemporgekommnen. Was
„jene zu hören und zu lesen pflegen, das habe ich
„zum Theil gesehen, theils selbst gethan. Was
„sie aus Schriften, hab' ich im Felde gelernt.
„Nun ermesset Ihr, ob Thaten oder Worte mehr
„werth sind. Sie verachten meine neue Aufkunft,
„ich ihre Laffheit. Mir wirft man den Stand,
„ihnen Schandthaten vor. Zwar acht' ich in Al=
„len eine und die nämliche Natur, der Tapferste
„aber ist der Edelste. Und wenn man jetzt die
„Väter eines Albinus oder Bestia fragen könnte,
„ob sie lieber mich oder jene wollten gezeugt ha=
„ben, was glaubt ihr würden sie antworten, als,
„sie hätten sich die bravsten Kinder gewünscht?
„Blicken sie mit Recht auf mich herab, so thun
„sie eben das ihren Vorfahren, die, wie mich,
„Verdienst erst adelte. Sie beneiden meine Ehre,
„so mögen sie dann auch meine Arbeit, Unsträf=
„lichkeit, meine Gefahren beneiden, weil ich
„dadurch jener bin habhaft geworden. Aber diese
„Verruchte aus Uebermuth treiben ihr Leben so,
„als wenn sie eure Ehrenstellen nichts achten, und

„quasi honeste vixerint. Ne illi falsi sunt, „qui diversissumas res pariter exspectant, „ignaviae voluptatem et praemia virtutis. „Atque etiam cum apud vos aut in Senatu „verba faciunt, pleraque oratione maiores „suos extollunt; eorum fortia facta memoran„do clariores sese putant: quod contra est. „Nam quanto vita illorum praeclarior, tan„to horum secordia flagitiosior. Et profec„to ita se res habet: maiorum gloria poste„ris lumen est; neque bona, neque mala in „occulto patitur. Huiusce rei ego inopiam „patior, Quirites; verum id, quod multo „praeclarius est, meamet facta mihi dicere „licet. Nunc videte, quam iniqui sint. Quod „ex aliena virtute sibi arrogant, id mihi ex mea „non concedunt: scilicet, quia imagines non „habeo, et quia mihi nova nobilitas est; quam „certe peperisse melius est, quam acceptam „corrupisse. Equidem ego non ignoro, si iam „respondere velint, abunde illis facundam et „compositam orationem fore. Sed in maxu„mo vestro beneficio, cum omnibus locis me „vosque maledictis lacerent, non placuit re„ticere: ne quis modestiam in conscientiam

„werben um selbe, als ob sie rühmlich gelebt hät-
„ten. Fürwahr sie sind falsch daran, welche die
„verschiedensten Dinge gleichmäßig erwarten, das
„Behagen der Trägheit und den Lohn des Ver-
„dienstes. Auch wenn sie bey euch oder im Se-
„nate ihr Wort machen, so ist die Rede meisten-
„theils nur Erhebung ihrer Vorfahren: durch
„Herzählen derer tapferen Thaten glauben sie sich
„selbst glänzender zu machen. Grade das Gegen-
„theil. Denn je herrlicher das Leben derselben
„war, um so schändlicher ist ihre Stumpfheit. Und
„wahrlich so verhält sich die Sache. Der Vor-
„fahren Ruhm ist den Nachkommen ein Licht, und
„läßt weder ihr Gutes noch ihr Böses im Verbor-
„genen. Daran zwar gebricht es mir, Quiriten;
„aber, was ruhmvoller ist, von eignen Thaten
„darf ich sprechen. Nun seht, wie uneben sie sind.
„Was sie von fremdem Verdienste sich anmaßen,
„gestehen sie mir von dem meinigen nicht zu; frey-
„lich, weil ich keine Ahnenbilder habe, und mein
„Adel noch neu ist; und gewiß ist's doch besser, die-
„sen erworben, als den erhaltenen geschändet haben.
„Zwar weiß ich wohl, wenn sie jetzt antworten woll-
„ten, würden sie ihre Rede gar zierlich und schön fas-
„sen. Aber bey eurer so großen Wohlthat, und da sie
„überall mich und euch mit Lästereyen zerren, habe ich
„nicht schweigen wollen, damit Keiner das Rückhal-
„ten für böses Bewußtseyn nehme. Denn mir einmal

„duceret. Nam me quidem, ex animi sen„tentia, nulla oratio laedere potest: quippe vera „necesse est bene praedicet; falsam vita mores„que mei superant. Sed quoniam vestra con„silia accusantur, qui mihi summum hono„rem, et maxumum negotium imposuistis; „etiam atque etiam reputate, num id poeni„tundum sit. *Non possum, fidei causa, „imagines, neque triumphos, aut consulatus „maiorum meorum, ostentare;* at, si res po„stulet, hastas, vexillum, phaleras, alia mi„litaria dona, praeterea cicatrices adverso „corpore. Haec sunt meae imagines, haec „nobilitas, non hereditate relicta, ut illa il„lis; sed quae ego plurimis laboribus et pe„riculis quaesivi. *Non sunt composita ver„ba mea;* parum id facio. Ipsa se virtus sa„tis ostendit, illis artificio opus est, uti tur„pia facta oratione tegant. *Neque literas „Graecas didici:* parum placebat, eas dis„cere; quippe quae ad virtutem doctoribus „nihil profuerunt. At illa multo optuma rei„publicae doctus sum: hostem ferire, prae„sidia agitare, nihil metuere nisi turpem fa„mam, hiemem et aestatem iuxta pati, hu-

„kann bey dem Zeugniß meines Innern, keine „Rede was anhaben: eine wahre muß mir „nothwendig Lob sprechen; eine falsche wird „durch mein Leben und mein Betragen über„führt. Allein weil man euer Vornehmen tadelt, „daß ihr mir die höchste Ehrenstelle und das wich„tigste Geschäft aufgetragen habt; so erwäget „nun und wiederum, ob das euch reuen darf. „Ich kann zur Bürgschaft keine Bilder, keine „Triumphe oder Konsulate meiner Vorfahren auf„weisen; aber, wenn's noth ist, Spieße, Fah„nen, Reuterrüstung, andre Kriegsgeschenke, da„nebst Narben vorn auf dem Körper. Das sind „meine Bilder, das mein Adel, die mir nicht „erblich zugefallen, wie jenen das Ihre; sondern „die ich mir durch die größten Arbeiten und Ge„fahren erworben habe. Meine Worte sind nicht „zierlich gefaßt; ich acht' es wenig. Das Ver„dienst zeigt sich selbst genug; Jene haben der „Künsteleyen noth, ihre häßliche Thaten durch's „Reden zu bedecken. Auch habe ich nicht die „Wissenschaften der Griechen gelernt; es behagte „mir nicht sehr, sie zu erlernen, indem sie den „Lehrmeistern zur Tapferkeit nichts gefrommt ha„ben. Aber was vor Allem zu dem gemeinen „Nutzen dient, das bin ich gelehrt worden: den „Feind hinstrecken; Besatzungen hinausschlagen; „nichts fürchten als schändlichen Namen; Kälte

„mi requiescere, eodem tempore inopiam et „laborem tolerare. His ego praeceptis mili„tes hortabor: neque illos arcte colam, me „opulenter; neque gloriam meam laborem „illorum faciam. Hoc est utile, hoc civile „imperium. Namque cum tute per molliti„em agas, exercitum suplicio cogere, id est „dominum, non imperatorem esse. Haec at„que talia maiores vestri faciundo seque „remque publicam celebravere. Quis nobi„litas freta, ipsa dissimilis moribus, nos il„lorum aemulos contemnit: et omnes hono„res, non ex merito, sed quasi debitos, a „vobis repetit. Ceterum homines superbis„sumi procul errant. Maiores eorum omnia, „quae licebat, illis reliquere, divitias, ima„gines, memoriam sui praeclaram. Virtutem „non reliquere; neque poterant: ea sola ne„que datur dono, neque accipitur. *Sordi„dum me et incultum moribus* aiunt; quia pa„rum scite convivium exorno, neque histri„onem ullum, neque pluris pretii coquum, „quam villicum, habeo. Quae mihi lubet „confiteri. Nam ex parente meo, et ex sanc„tis viris ita accepi, munditias mulieribus,

„und Hitze, eins wie's andere, dulden; auf dem „Boden schlafen; zu gleicher Zeit Mangel und „Beschwerde ertragen. Mit diesen Lehren will „ich die Soldaten aufmahnen; ich will sie nicht „streng halten, mir gütlich thun, noch ihre Ar„beit zu meinem Ruhme machen. Das heist „nützlich, das, Bürger befehligen. Denn wenn „man gemach der Weichlichkeit nachgeht, dann „das Heer durch Strafen einzwängen, das ist „Gebieter, nicht Anführer seyn. Durch diese „und dergleichen Thaten haben eure Vorfahren „sich und das gemeine Wesen verherrlicht. Auf „sie stützt sich der Adel, selbst ihnen so unähn„lich an Sitten, verachtet uns, die Nacheifrer „derselben, und fodert alle Ehren, nicht als Ver„dienst, sondern als Schuld von Euch. Doch „die Uebermüthigen irren sich weit. Ihre Vor„fahren haben ihnen alles, was möglich gewe„sen, hinterlassen, Reichthum, Ahnenbilder, ihr „rühmliches Andenken. Ihr Verdienst hinterlies„sen sie nicht; konnten's auch nicht. Dies al„lein wird weder zum Geschenk gegeben, noch „empfangen. Ein Filz, sagen sie, sey ich, und „von ungeschlachten Sitten, weil ich mit wenig „Geschmack ein Gastmal tische, keinen Lustigma„cher halte, und nicht mehr auf einen Koch, als „auf meinen Verwalter wende. Und das ge„steh' ich gern. Denn von meinem Vater

„viris laborem convenire; omnibusque bonis „oportere plus gloriae, quam divitiarum; „arma, non supellectilem, decori esse. Quin „ergo, quod iuvat, quod carum aestumant, „id semper faciant: ament, potent: ubi ado-„lescentiam habuere, ibi senectutem agant, „in conviviis, dediti ventri et turpissimae „parti corporis: sudorem, pulverem, et alia „talia relinquant nobis, quibus illa epulis „iucundiora sunt. Verum non est ita: nam „ubi se omnibus flagitiis dedecoravere turpis-„sumi viri, bonorum praemia ereptum eunt. „Ita iniustissume luxuria et ignavia, pessu-„mae artes, illis, qui coluere eas, nihil offi-„ciunt; reipublicae innoxiae cladi sunt. Nunc „quoniam illis, quantum mores mei, non il-„lorum flagitia, poscebant, respondi; pauca „de republica loquar. Primum omnium de „Numidia bonum habetote animum, Quiri-„tes. Nam quae ad hoc tempus Iugurtham „tutata sunt, omnia removistis, avaritiam, „imperitiam, superbiam. Deinde exercitus ibi „est, locorum sciens; sed mehercule magis „strenuus, quam felix. Nam magna pars

„und von ehrwürdigen Männern habe ich es, „daß Aufputz dem Weibe, dem Manne Arbeit zustehe; jedem Braven zieme mehr „Ruhm, als Reichthum; Waffen, nicht „Hausrath seyen sein Schmuck. Mögen sie dann „immer thun, was ihnen behagt, was sie theuer „achten: buhlen und saufen; da, wo sie die Jugend verbracht, auch ihr Alter hinbringen, beym „Schmause, fröhnend dem Bauche und der schändlichsten Körperlust. Schweiß, Staub, und dergleichen mögen sie uns lassen, denen das angenehmer ist, als Leckergerichte. Aber nicht also. „Denn wenn sich diese Verworfenen durch alle „Lasterthaten geschändet haben, gehn sie dem „Braven seinen Lohn zu entreissen. So, auf die „ungerechteste Weise, schaden Schwelgerey und „Laffheit nichts denjenigen, die ihnen fröhnen; „dem schuldlosen Staate sind sie Verderben. Nun „da ich jenen, so viel es meine Sinnesart, nicht „wie es ihre Schändlichkeit foderte, geantwortet „habe, will ich etwas weniges vom gemeinen „Wesen reden. Zu allererst habt wegen Numidien nur guten Muth, Quiriten. Einmal, was „bis hiehin den Jugurtha geschützt hat, das Alles habt ihr aus dem Wege geräumt, Habsucht, „Unerfahrenheit, Uebermuth. Dann ist ein Heer „da, kundig der Gegenden, aber führwahr mehr „tapfer, als glücklich. Denn ein großer Theil

„avaritia, aut temeritate ducum attrita est. „Quamobrem vos, quibus militaris aetas, „adnitimini mecum et capessite rempublicam: „neque quemquam ex calamitate aliorum, „aut imperatorum superbia metus ceperit. „Egomet in agmine, in praelio consultor idem „et socius periculi vobiscum adero; meque „vosque in omnibus rebus iuxta geram. Et „profecto, Dis iuvantibus, omnia matura „sunt, victoria, praeda, laus: quae si du- „bia aut procul essent, tamen omnes bonos „reipublicae subvenire decebat. Etenim ig- „navia nemo immortalis factus: neque quis- „quam parens liberis, uti aeterni forent, op- „tavit; magis, uti boni honestique vitam „exigerent. Plura dicerem, Quirites, si ti- „midis virtutem verba adderent: nam stre- „nuis abunde dictum puto.

86.

Huiuscemodi oratione habita, Marius postquam plebis animos arrectos videt, propere commeatu, stipendio, armis, aliis utilibus naves onerat: cum his A. Manlium lega-

„ist durch die Habgier oder die Unbesonnenheit „der Anführer aufgerieben. Ihr also, die ihr „das dienstfähige Alter habt, bietet mit mir eure „Kraft auf, und nehmt euch des Staates an. „Keiner lasse sich durch das Unglück der Anderen, „oder den Stolz der Feldherrn schrecken. Ich „selbst werde beym Zuge, in der Schlacht, wie „euer Rathgeber, so Gefährte in jeder Gefahr „euch zur Seite seyn, und mich und euch in Al„lem auf gleichem Fuß halten. Und wahrhaftig, „mit Hülfe der Götter, so ist alles reif, Sieg, „Beute, Ruhm. Wären sie auch zweifelhaft und „fern, ziemte es doch allen Braven dem gemei„nen Wesen beyzuspringen. Denn durch träges „Zagen ist Niemand unsterblich geworden; und „kein Vater hat je seinen Kindern gewünscht, „daß sie ewig, wohl, daß sie brav und rühmlich „leben möchten. Mehr würde ich sagen, Quiri„ten, wenn Worte dem Furchtsamen Muth gä„ben; der Mannhafte, glaub' ich, hat voll ge„nug an dem Gesagten."

86.

Nach gehaltener Rede, da Marius den Muth des Volkes aufgeregt sieht, läßt er eilig Lebensmittel, Geld, Waffen und andre Bedürfnisse zu Schiffe bringen, und mit denselben den Legaten A. Manlius abreisen. Er selbst warb indessen

tum proficisci iubet. Ipse interea milites scribere, non more maiorum, neque ex classibus, sed uti cuiusque lubido erat, capite censos plerosque. Id factum alii inopia bonorum, alii per ambitionem consulis memorabant; quod ab eo genere celebratus auctusque erat. Et homini potentiam quaerenti egentissumus quisque opportunissumus: cui neque sua curae, quippe quae nulla sunt, et omnia cum pretio honesta videntur. Igitur Marius cum maiore aliquanto numero, quam decretum erat, in Africam profectus, diebus paucis Uticam advehitur. Exercitus ei traditur a P. Rutilio legato. Nam Metellus conspectum Marii fugerat; ne videret ea, quae audita animus tolerare nequiverat.

87.

Sed consul, expletis legionibus cohortibusque auxiliariis, in agrum fertilem et praeda onustum proficiscitur: omnia ibi capta militibus donat. Dein castella et oppida natura et viris parum munita aggreditur: praelia multa, ceterum alia levia aliis locis facere. Interim novi milites sine metu pugnae adesse:

Soldaten, nicht nach der alten Weise, auch nicht den Klassen nach, sondern wie jeder Lust hatte, die Meisten aus den Unbesteuerten. Einige schrieben dies dem Abgang an Besseren, Andre der Gunstsucht des Konsuls zu, weil er von dieser Art Menschen erhoben und befördert war, und einem nach Macht strebenden Manne der Dürftigste eben der Willkommenste ist, da so einem das Seinige nicht kümmert, indem er nichts hat, und alles, was Geld einbringt, ihm anständig dünkt. Marius reiset also mit einer etwas größern Truppenanzahl, als ihm zubestimmt war, nach Afrika ab, und landet nach wenigen Tagen bey Utica. Der Legat P. Rutilius übergibt ihm das Heer. Denn Metellus hatte den Anblick des Marius geflohen, um das nicht zu sehen, was ihm zu vernehmen schon unerträglich gewesen.

87.

Sobald der Konsul die Legionen und die Cohorten der Hülfsvölker vollzählig gemacht hatte, zieht er in eine fruchtbare Gegend, wo es schwere Beute gab. Alles, was hier geraubt wurde, schenkt er den Soldaten. Dann greift er die weder durch Lage noch Besatzung einigermaßen feste Burgen und Städte an; und liefert bald hie, bald da, viele, doch nur leichte Tref-

videre fugientes capi, occidi: fortissumum quemque tutissimum: armis libertatem, patriam parentesque et alia omnia tegi; gloriam atque divitias quaeri. Sic brevi spatio novi veteresque coaluere; et virtus omnium aequalis facta. At reges, ubi de adventu Marii cognoverunt, diversi in locos difficiles abeunt. Ita Iugurthae placuerat, speranti, mox effusos hostes invadi posse; Romanos, sicuti plerosque, remoto metu, laxius licentiusque futuros.

88.

Metellus interea Romam profectus, contra spem suam, laetissumis animis excipitur: plebi patribusque, postquam invidia decesserat, iuxta carus. Sed Marius impigre prudenterque suorum et hostium res pariter attendere; cognoscere quid boni utrisque, aut contra esset; explorare itinera regum, consilia et insidias antevenire; nihil apud se remissum, neque apud illos tutum pati. Itaque etGaetulos,

sen. Indeß waren die neuen Soldaten unverzagt beym Gefechte; sie sahen die Fliehenden ergriffen, niedergemacht; jeden Tapfern am meisten gesichert; durch die Waffen Freyheit, Vaterland, Aeltern und alles andre geschützt; Ruhm und Reichthum erworben. So wurden in Kurzem Neue und Alte eins, Alle gleich tapfer. Die Könige aber, sobald sie die Ankunft des Marius vernommen, ziehen, getrennt, in schwer zugängliche Gegenden. Dies hatte Jugurtha für gut befunden, in Hofnung, über die sofort zertheilten Feinde herfallen zu können; weil die Römer, wie die Meisten, nach gehobener Furcht, sich weniger an Zucht und Ordnung binden würden.

88.

Metellus reisete unterdessen nach Rom, und ward hier wider sein Erwarten mit der grösten Freude aufgenommen, so daß er, nachdem der Haß sich gelegt, dem Volk und den Vätern gleich theuer war. Aber Marius hatte, immer wirksam und klug, eben so sehr auf seine als der Feinde Sachen Acht; merkte sich, was beyderseits vortheilhaft oder nachtheilig wäre; kundschaftete die Züge der Könige aus; kam ihren Anschlägen und ihrer Hinterlist zuvor; ließ die Seinen nie schläfern, und den Feind nie sicher. Also hatte er sowohl die Gätuler, als den Jugur-

et Iugurtham, ex sociis nostris praedam agentes, saepe aggressus in itinere fuderat; ipsumque regem haud procul ab oppido Cirta armis exuerat. Quae postquam gloriosa modo, neque belli patrandi cognovit, statuit urbes, quae viris aut loco pro hostibus, et adversum se opportunissumae erant, singulas circumvenire: ita Iugurtham aut praesidiis nudatum, si ea pateretur, aut praelio certaturum. Nam Bocchus nuncios ad eum saepe miserat, *velle populi Romani amicitiam, ne quid ab se hostile timeret.* Id simulaveritne, quo improvisus gravior accideret, an mobilitate ingenii pacem atque bellum mutare solitus, parum exploratum.

89.

Sed Consul, uti statuerat, oppida castellaque munita adire: partim vi, alia metu aut praemia ostentando, avertere ab hostibus. Ac primo mediocria gerebat, existumans, Iugurtham ob suos tutandos in ma-

tha, indem sie unsere Bundsgenossen plünderten, oft auf dem Zuge angegriffen und in die Flucht geschlagen, und dem König selbst nicht weit von der Stadt Cirta die Waffen abgejagt. Wie er aber sah, daß dieses, obgleich zu seinem Ruhme, doch nicht den Krieg zu enden diente, so beschloß er die Städte, die ihrer Besatzung oder Lage wegen vortheilhaft für den Feind und für ihn nachtheilig wären, eine nach der andern zu umzingeln. Auf diese Art, dachte er, würde Jugurtha, wenn er es litte, entweder seiner Besatzungen entblößt, oder er würde ein Treffen liefern. Denn Bocchus hatte ihm oft Boten geschickt: „Er wünsche die Freundschaft des Römi„schen Volks; Marius solle von ihm nichts feind„seliges befürchten." Ob er sich nur also gestellt habe, um ihn unversehens desto heftiger zu überfallen, oder ob er aus Wankelmuth bald Frieden bald Krieg wollte, bin ich nicht inne worden.

89.

Der Konsul aber gieng, wie er beschlossen, auf die befestigten Städte und Burgen los, und entwandte den Feinden einige durch Gewalt, andre durch Schrecken, oder aufgewiesene Belohnung. Anfangs unternahm er eben nichts grosses, in der Muthmaßung, Jugurtha würde, um die Seinen zu schützen, ihm unter die Hände

nus venturum. Sed ubi procul abesse, et aliis negotiis intentum accepit; maiora et aspera aggredi tempus visum. Erat inter ingentes solitudines oppidum magnum atque valens, nomine Capsa: cuius conditor Hercules Libys memorabatur. Eius cives apud Iugurtham immunes, levi imperio, et ob ea fidelissumi habebantur: muniti adversum hostes non moenibus modo, et armis atque viris, verum etiam multo magis locorum asperitate. Nam, praeter oppido propinqua, alia omnia vasta, inculta, egentia aquae, infesta serpentibus: quarum vis, sicuti omnium ferarum, inopia cibi acrior; ad hoc natura serpentium ipsa perniciosa, siti magis quam alia re, accenditur. Eius potiundi Marium maxuma cupido invaserat, cum propter usum belli, tum quia res aspera videbatur. Et Metellus oppidum Thalam magna gloria ceperat, haud dissimiliter situm munitumque: nisi quod apud Thalam haud longe a moenibus aliquot fontes erant; Capsenses una modo, atque ea intra oppidum iugi aqua, ce-

kommen. Wie er aber vernahm, daß derselbe weit entfernt sey, und auf andere Dinge ziele; schien es ihm Zeit, sich an wichtigere und schwerere Unternehmungen zu machen. Zwischen ungeheuren Wüsteneyen lag eine große und mächtige Stadt, Namens Capsa, welche der Lybische Hercules soll erbaut haben. Die Bürger derselben, frey von Abgaben an den Jugurtha, unter einer gelinden Regierung, wurden eben deßhalb für die treusten gehalten. Gegen den Feind waren sie nicht nur durch Mauern, durch Waffen und Mannschaft, sondern auch noch viel mehr durch das Unwegsame ihrer Lage geschützt. Denn, außer in der Nähe der Stadt, war alles umher wüst, ungebauet, ohne Wasser, feindlich von Schlangen, hier, wie alle wilde Thiere, wüthiger durch Abgang der Nahrung; dabey wird die ohnehin giftige Natur der Schlangen durch Durst mehr, als durch irgend etwas anders, aufgereitzt. Diese Stadt zu erobern, hegte Marius die stärkste Begier, theils weil sie ihm im Kriege zu Statten kam, theils wegen des Anscheins von Schwierigkeit, und weil Metellus die Stadt Thala eingenommen hatte, die fast ähnlich gelegen und befestiget war, außer daß bey Thala nicht weit von den Mauern sich einige Quellen fanden, die Capsenser hingegen nur einen Brunnen mit Quellwasser, und zwar innerhalb der Stadt hat-

tera pluvia utebantur. Id ibique, et in omni Africa, quae procul a mari incultius agebat, eo facilius tolerabatur, quia Numidae plerumque lacte et ferina carne vescebantur, neque salem, neque alia irritamenta gulae quaerebant: cibus illis adversum famem atque sitim, non lubidini, neque luxuriae, erat.

90.

Igitur Consul, omnibus exploratis, credo, Dis fretus (nam contra tantas difficultates consilio satis providere non poterat: quippe etiam frumenti inopia tentabatur; quod Numidae pabulo pecoris magis quam arvo student, et quodcumque natum fuerat, iussu regis in loca munita contulerant; ager autem aridus et frugum vacuus ea tempestate, nam aestatis extremum erat) tamen pro rei copia satis providenter exornat: pecus omne, quod superioribus diebus praedae fuerat, equitibus auxiliariis agendum attribuit: A. Manlium legatum cum cohortibus expeditis ad oppi-

ten, übrigens sich des Regenwassers bedienen mußten. Dies ward sowohl hier, als in dem ganzen Striche von Afrika, der nicht weit vom Meere unwirthbar liegt, um so leichter ertragen, weil die Numiden sich gröstentheils von Milch und Wildprät nährten, und weder Salz noch andre die Eßlust reitzende Mittel suchten. Was sie genossen, war wider Hunger und Durst, nicht zur Leckerey und zum Schwelgen.

90.

Nachdem also der Konsul alles ausgespäht hatte, wagte er es, meines Erachtens, im Vertrauen auf die Götter. Denn gegen so große Schwürigkeiten konnten eigene Anschläge nicht aushelfen, indem ihm sogar der Mangel an Lebensmitteln zusetzte, weil die Numiden mehr für die Viehzucht, als den Ackerbau sorgen, und alles, was aufgekommen, auf Befehl des Königs in die Festungen zusammengetragen hatten, das Land aber (da der Sommer zu Ende gieng) zu dieser Zeit dürre, und ohne Früchte war. Doch trift er, nach Vorschub der Umstände, jede kluge Anstalt. Alles Vieh, was man die vorigen Tage erbeutet hatte, läßt er durch die Hülfs - Reuterey forttreiben; den Legaten A. Manlius befiehlt er mit den leichtbewafneten Cohorten nach der Stadt Laris abzuziehen, wo er den Sold und die Le-

dum Laris, ubi stipendium et commeatum locaverat, ire iubet (dicitque) *se praedabundum post paucos dies eodem venturum.* Sic incepto suo occulto pergit ad flumen Tanam.

91.

Ceterum in itinere quotidie pecus exercitui per centurias, item turmas, aequaliter distribuerat, et, ex coriis utres uti fierent, curabat: simul et inopiam frumenti lenire, et, ignaris omnibus, parare, quae mox usui forent. Denique sexto die, cum ad flumen ventum est, maxima vis utrium effecta. Ibi castris levi munimento positis, milites cibum capere, atque, uti simul cum occasu solis egrederentur, paratos esse iubet; omnibus sarcinis abiectis, aqua modo seque et iumenta onerare. Dein, postquam tempus visum, castris egreditur, noctemque totam itinere facto, consedit. Idem proxuma fecit. Dein tertia, multo ante lucis adventum, pervenit in locum tumulosum, ab Capsa non amplius duum millium intervallo: ibique, quam occultissume potest, cum omnibus copiis oppe-

bensmittel niedergelegt hatte; „Er selbst werde „nach wenigen Tagen, während er Beute machen „wolle, eben dahin kommen." Also, indeß sein Vorhaben verborgen blieb, rückt er dem Flusse Tanas zu.

91.

Uebrigens vertheilte er auf dem Zuge täglich bey dem Heere unter die Centurien und Geschwader eine gleiche Anzahl Vieh, und ließ aus den Häuten Schläuche machen. Auf diese Art ersetzte er zugleich den Abgang an Getraide, und bereitete ohne jemandes Wissen dasjenige vor, was bald nöthig seyn würde. Am sechsten Tage, als man an den Fluß gekommen, war eine unzählige Menge Schläuche fertig. Hier läßt er ein Lager mit einer leichten Verschanzung aufschlagen, die Soldaten Speise zu sich nehmen, und heißt sie bereit seyn, mit Untergang der Sonne aufzubrechen, alles Gepäck zurücklassen, und sich und die Lastthiere nur mit Wasser beladen. Dann als es Zeit schien, bricht er aus dem Lager auf, und nachdem er die ganze Nacht fortgezogen, läßt er sich nieder. Eben das thut er in der folgenden. In der dritten kam er, lange vor Tages Anbruch in eine hügelige Gegend, nicht mehr als zwey tausend Schritte von Capsa. Hier weilt er, so verborgen als möglich, mit allen Truppen. Sobald es aber Tag

ritur. Sed ubi dies coepit, et Numidae, nihil hostile metuentes, multi oppido egressi; repente omnem equitatum, et cum his velocissimos pedites cursu tendere ad Capsam, et portas obsidere iubet: deinde ipse intentus propere sequi, neque milites praedari sinere. Quae postquam oppidani cognovere; res trepidae, metus ingens, malum improvisum, ad hoc pars civium extra moenia in hostium potestate, coëgere, uti deditionem facerent. Ceterum oppidum incensum: Numidae puberes interfecti; alii omnes venum dati: praeda militibus divisa. Id facinus contra ius belli, non avaritia, neque scelere Consulis admissum: sed quia locus Iugurthae opportunus, nobis aditu difficilis; genus hominum mobile, infidum, neque beneficio, neque metu coërcitum.

92.

Postquam tantam rem Marius, sine ullo suorum incommodo, patravit; magnus et clarus antea, maior et clarior haberi coepit. Omnia, non bene consulta modo, verum etiam casu data in virtutem trahebantur: milites, modesto imperio habiti, simul et lo-

ward, und die Numiden, nichts feindliches fürchtend, häufig aus der Stadt giengen, befehligt er plözlich die ganze Reuterey, mit ihr die Schnellsten zu Fuß, hin nach Capsa zu eilen, und die Thore zu besetzen; dann hastig und ungesäumt, folgt er selbst; gestattet den Soldaten kein Beutemachen. Als dies die Einwohner gewahr wurden, war Alles Verwirrung; der große Schrecken, die unversehene Noth, dabey ein großer Theil Bürger in Feindes Gewalt, das Alles zwang sie, sich zu ergeben. Inzwischen ward die Stadt in Brand gesteckt; alle erwachsene Numiden niedergemacht, alle Uebrige verkauft, die Beute unter die Soldaten getheilt. Diese That wider das Kriegsrecht geschah nicht aus Habsucht, noch aus Bosheit des Konsuls, sondern weil der Ort dem Jugurtha gelegen, für uns schwer zugänglich war; die Menschenart unbeständig, treulos, weder durch Wohlthun noch Schrecken zu bändigen.

92.

Nachdem Marius ein so großes Unternehmen ohne irgend einen Verlust der Seinigen ausgeführt hatte, ward er vorher schon angesehen und berühmt, nun noch angesehener und berühmter. Alles, nicht nur unreife Anschläge, sondern auch die Begünstigungen des Zufalls rechnete man ihm zum Verdienst an. Die Soldaten, unter einer

cupletes, ad coelum ferre: Numidae magis, quam mortalem timere: postremo omnes socii atque hostes credere illi aut mentem divinam, aut Deorum nutu cuncta portendi. Sed Consul, ubi ea res bene evenit, ad alia oppida pergit: pauca, repugnantibus Numidis, capit; plura, deserta propter Capsensium miserias, igni corrumpit: luctu, atque caede omnia complentur. Denique multis locis potitus, ac plerisque exercitu incruento, ad aliam rem aggreditur, non eadem asperitate, qua Capsensium, ceterum haud secus difficilem. Namque haud longe a flumine Mulucha, quod Iugurthae Bochique regnum disiungebat, erat inter ceteram planitiem mons saxeus, mediocri castello, satis patens, in immensum editus, uno perangusto aditu relicto: nam omnis natura, velut opere atque consulto, praeceps. Quem locum Marius, quod ibi regis thesauri erant, summa vi capere intendit. Sed ea res forte, quam consilio, melius gesta. Nam castello virorum atque armorum satis, magna vis fru-

gelinden Zucht gehalten, dazu noch bereichert, hoben ihn bis gen Himmel; die Numiden fürchteten ihn mehr, als einen Sterblichen; endlich alle Bundsgenossen und Feinde glaubten, in ihm sey ein göttlicher Geist, oder der Götter Wink deute ihm alles vor. Der Konsul aber rückt nach diesem glücklichen Erfolg gegen andere Städte; wenige, in welchen sich die Numiden widersetzen, nimmt er ein; die Meisten, wegen des kläglichen Schicksals der Capsenser verlassen, zerstört er durch Feuer. Ueberall Wehklagen und Mord. Endlich als er sich vieler Oerter bemächtiget hatte, und der Meisten, ohne daß es seinem Heere Blut kostete, schritt er zu einem andern Unternehmen, das zwar nicht eben so gefahrvoll, wie das mit Capsa, aber nicht minder schwer war. Denn nicht weit von dem Flusse Mulucha, welcher die Reiche des Jugurtha und des Bocchus schied, lag mitten in einer Ebne ein Felsen, worauf eine mäßige Festung, ziemlich geräumig, und zu ungeheurer Höhe hinaufragend, mit einem einzigen sehr engen Zugang; denn durchaus war derselbe von Natur so jäh, als wär' er durch Kunst und absichtlich bearbeitet. Diesen Ort zielt Marius mit aller Gewalt zu erstürmen, weil dort des Königs Schätze waren. Aber das führte mehr der Zufall, als eigner Anschlag aus. Denn die Burg hatte Mannschaft und Waffen genug, einen gro=

menti, et fons aquae: aggeribus turribusque et aliis machinationibus locus importunus: iter castellanorum angustum admodum, utrimque praecisum. Vineae cum ingenti periculo frustra agebantur; nam cum eae paulum processerant, igni aut lapidibus corrumpebantur: milites neque pro opere consistere, propter iniquitatem loci, neque inter vineas sine periculo administrare: optumus quisque cadere, aut sauciari; ceteris metus augeri.

93.

At Marius, multis diebus et laboribus consumptis, anxius trahere cum animo, omitteretne inceptum, quoniam frustra erat; an fortunam opperiretur, qua saepe prospere usus. Quae cum multos dies, noctes aestuans agitaret; forte quidam Ligus, ex cohortibus auxiliariis miles gregarius, castris aquatum egressus, haud procul ab latere castelli, quod aversum praeliantibus erat; animum advertit inter saxa repentes cochleas: quarum cum unam atque alteram, dein plures peteret, studio legundi paulatim prope ad summum montis

At Sulla, quamquam eadem aestumabat, tamen ab iniuria Maurum prohibet: suos hortatur, uti „fortem animum gererent; „saepe antea paucis strenuis adversus mul„titudinem bene pugnatum: quanto sibi in „praelio minus pepercissent, tanto tutio„res fore: nec quemquam decere, qui ma„nus armaverit, ab inermis pedibus auxi„lium petere, in maxumo metu nudum et „caecum corpus ad hostes vertere." Deinde Volucem, quoniam hostilia faceret, maxu-

Soldaten: „sie sollten zu Abend essen; im Lager „überall Feuer machen; sodann um die erste „Nachtwache in der Stille aufbrechen.“ Wie nun Alles von dem nächtlichen Marsch müde war, ließ Sulla eben mit Aufgang der Sonne ein Lager abstechen, als Maurische Reuter berichten, daß Jugurtha ohngefähr zwey tausend Schritte von ihnen bereits sich gelagert habe. Bey dieser Botschaft überfiel erst die Unsrigen große Furcht. Sie glaubten sich vom Volux verrathen, und durch Arglist hintergangen. Einige sagten: thätlich müsse man's rächen, und ihm solch eine Bosheit nicht ungeahndet hinlassen.

107.

Obgleich aber Sulla der nemlichen Meinung war, so wehrt er's doch, dem Maurer Leid zu thun; er spricht den Seinigen zu: „sie sollten tapfern Muth „heegen. Oft schon hätten wenige Brave gegen „eine Menge mit Vortheil gefochten. Je weniger „sie sich im Treffen schonten, desto sicherer würden „sie seyn. Keinem ziem' es, wo er Waffen in „Händen habe, durch die wehrlosen Füße Rettung „zu suchen, und in ängstlichster Furcht den bloß„en und blinden Rücken dem Feinde zuzukeh„ren.“ Darauf den höchsten Jupiter beschwörend, von der Bosheit und dem Meineide des Bocchus Zeuge zu seyn, heißt er den Volux, weil er mit

mum Iovem obtestatus, ut sceleris atque perfidiae Bocchi testis adesset, *castris abire* iubet: Ille lacrumans orare, ne ea crederet: „nihil dolo factum, magis calliditate Iugur„thae, cui videlicet speculanti iter suum cog„nitum esset. Ceterum, quoniam neque in„gentem multitudinem haberet, et spes opes„que eius ex patre suo penderent; *illum* „nihil palam ausurum, cum ipse filius testis „adesset: quare optumum factum videri, per „media eius castra palam transire: sese, vel „praemissis, vel ibidem relictis Mauris, so„lum cum Sulla iturum.“ Ea res, ut in tali negotio, probata, ac statim profecti, quia de improviso accesserant, dubio atque haesitante Iugurtha, incolumes transeunt. Deinde paucis diebus, quo ire intenderant, perventum.

108.

Ibi cum Boccho Numida quidam, Aspar nomine, multum et familiariter agebat: praemissus ab Iugurtha, postquam Sullam accitum audierat, orator, et subdole speculatum Bocchi consilia: praeterea Dabar, Massugradae filius; ex gente Masinissae, ceterum

Feindseligkeit umgehe, das Lager räumen. Jener bittet ihn mit Thränen: „Er möchte so etwas „nicht glauben; nichts sey durch Tücke geschehen, „vielmehr alles durch Verschlagenheit des Jugur„tha, der nemlich seinen Zug ausgespäht hätte, „Indeß werde dieser, weil er nicht viel Volk habe, „und dessen Hofnung und Macht von seinem Va„ter abhingen, nichts öffentlich wagen, indem „Er, der Sohn, als Zeuge da wäre. Deswe„gen schiene es am rathsamsten, daß sie öffentlich „mitten durch sein Lager zögen. Er selbst wolle die „Maurer entweder vorausschicken, oder hier zu„rücklassen, und allein mit Sulla gehen." Dies ward den Umständen nach für gut befunden. Sie brachen sogleich auf; und weil sie unversehens angelangt waren, zogen sie, während Jugurtha zweifelhaft anstand, unverlezt durch. Hierauf kamen sie nach wenigen Tagen an den bestimmten Ort.

108.

Hier hatte mit Bocchus ein gewisser Numide, Namens Aspar, vielen und vertrauten Verkehr, der vom Jugurtha auf die Nachricht, daß Sulla berufen sey, als Sachwalter, und um hinterlistig des Bocchus Anschläge auszuspähen, abgeschickt war. Auch befand sich bey ihm Dabar, des Massugrada Sohn, aus dem Geschlechte des

materno genere impar (nam pater eius ex concubina ortus erat); Mauro ob ingenii multa bona carus acceptusque: quem Bocchus fidum multis antea tempestatibus expertus, illico ad Sullam nunciatum mittit, „paratum „sese facere, quae populus Romanus vellet: „colloquio diem, locum, tempus ipse deligeret; „consulta sese omnia cum illo integra habe„re: neu Iugurthae legatum pertimesceret; „cautum esse, quo res communis licentius „gereretur; nam ab insidiis eius aliter cave„ri nequivisse." Sed ego comperior, Bocchum magis Punica fide, quam ob quae praedicabat, simul Romanos et Numidam spe pacis attinuisse, multumque cum animo suo volvere solitum, Iugurtham Romanis, an illi Sullam traderet: lubidinem adversum nos, metum pro nobis suasisse.

Masinissa, nur mütterlicher Seite von niederer Abkunft (denn sein Vater war mit einem Nebenweibe erzeugt) ein Mann, den der Maurer wegen seiner vielen Geistes-Vorzüge theuer und werth hielt; und da Bochus schon lange Zeit her ihn treu befunden, so schickte er ihn alsbald zum Sulla ab, um diesem zu berichten: „Er sey bereit zu thun, was „das Römische Volk wolle; er möchte selbst zu „einer Unterredung Tag, Ort, und Zeit bestimmen. In Betreff der Unterhandlungen mit ihm „sey alles im Reinen; Jugurtha's Gesandten „dürf' er nicht fürchten; er habe ihn angenommen*), um desto freyer ihre gemeine Sache abzuthun; denn anders hätte er seinen Hintertücken nicht ausweichen können." Aber ich weiß zuverläßig, daß Bochus mehr aus punischer Treulosigkeit, als deshalb, was er vorwandte, zugleich die Römer und den Numiden mit der Hofnung des Friedens hingehalten, und daß er lange hin und her geschwankt habe, ob er Jugurtha den Römern, oder jenem den Sulla überliefern solle; daß sein Wille wider uns, die Furcht für uns entschied.

---

*) *Acceptum* esse. S. N. Magaz. f. Schullehrer. B. II. St. 2.

109.

Igitur Sulla respondit: *pauca se coram Aspare locuturum, cetera occulte, aut nullo, aut quam paucissimis praesentibus*; *simul edocet, quae responderentur.* Postquam, sicuti voluerat, congressi; dicit, *se missum a Consule venisse quaesitum ab eo, pacem, an bellum agitaturus foret.* Tum rex, uti praeceptum, *post diem decimum redire* iubet: *ac nihil etiam nunc decrevisse, sed illo die responsurum.* Deinde ambo in sua castra digressi. Sed ubi plerumque noctis processit, Sulla a Boccho occulte arcessitur: ab utroque tantummodo fidi interpretes adhibentur; praeterea Dabar internuncius, sanctus vir et ex sententia ambobus. Ac statim sic rex incipit:

110.

„Numquam ego ratus sum fore, uti rex „maxumus in hac terra, et omnium, quos „novi, opulentissumus, privato homini gra„tiam deberem. Et hercle, Sulla, ante te „cognitum, multis orantibus, aliis ultro ego-

109.

Sulla gab also die Antwort: „Er werde vor „dem Aspar nur wenig reden; das Uebrige ge„heim, entweder vor keinem, oder nur in Weni„ger Gegenwart.“ Zugleich unterrichtet er ihn, was man ihm antworten sollte. Wie sie, der Verabredung nach, zusammen kamen, sagt er: „Er „komme vom Konsul gesandt, um zu fragen, ob „er sich zum Frieden oder zum Krieg anschicken „werde.“ Hierauf versetzte der König vorgeschriebener Maßen: „Er solle nach zehn Tagen wieder „kommen: bis itzt habe er sich zu nichts entschlos„sen; aber dann wolle er sich erklären.“ Darauf giengen Beyde von einander in ihr Lager. Als aber die Nacht gröstentheils vorüber war, wird Sulla vom Bocchus heimlich berufen. Beyde haben nur treue Dollmetscher bey sich, und den Dabar als Vermittler, ein Biedermann, und Beyden recht. Sogleich beginnt der König also:

110.

„Nie habe ich geglaubt, daß ich, der gröste Kö„nig in diesem Lande, und unter Allen, die ich „kenne, der mächtigste, einem Privatmann würde „Dank schuldig werden. Und wahrlich, Sulla, ehe ich „dich kennen gelernt, habe ich Vielen auf ihr Ansu„chen, Anderen von freyen Stücken, selbst Hülfe gelei-

„met, opem tuli, nullius indigui. Id immu„tatum, quod ceteri dolere solent, ego lae„tor: fuerit mihi pretium, eguisse aliquando „amicitiae tuae, qua apud animum meum „nihil carius habeo. Id adeo experiri licet: „arma, viros, pecuniam, postremo quidquid „animo lubet, sume, utere: et, quoad vives, „numquam redditam gratiam putaveris; sem„per apud me integra erit: denique nihil, „me sciente, frustra voles. Nam, ut ego ae„stumo, regem armis, quam munificentia, „vinci, minus flagitiosum. Ceterum de re„publica vestra, cuius curator huc missus „es, paucis accipe. Bellum ego populo Ro„mano neque feci, neque factum umquam vo„lui: fines meos adversum armatos armis tu„tus sum. [Id omitto, quando vobis ita pla„cet: gerite, uti voltis, cum Iugurtha bellum. „Ego flumen Mulucham, quod inter me et „Micipsam fuit, non egrediar; neque Iugur„tham id intrare sinam. Praeterea si quid „meque vobisque dignum petiveris, haud re„pulsus abibis."

„stet, keiner bedurft. Daß dies sich verkehrt hat, „was sonst jeden schmerzen möchte, darüber freue „ich mich. Es soll mir ein Lohn seyn, daß ich „einst deiner Freundschaft benöthigt war, die mir „über alles theuer ist. Ja, das magst du erpro„ben. Waffen, Mannschaft, Geld, kurz, was „dir nur ansteht, nimm und brauchs; und so lan„ge du lebst, darfst du glauben, daß ich nie mei„nen Dank abgetragen habe, immer wird er bey „mir ohne Abnahme bleiben; nie sollst du einen „Wunsch, darum ich weiß, vergeblich thun. Denn „meines Erachtens ist es für einen König minde„re Schande, sich durch Waffen, als im Wohlthun „übermeistern lassen. Sonst in Betreff eures „Staates, als dessen Sachwalter du hergeschickt „bist, vernimm mit Wenigem folgendes: Krieg „habe ich gegen das Römische Volk weder ange„fangen, noch jemals gewollt; meine Gränzen „habe ich gegen Bewafnete durch Waffen ge„schützt. Das setz' ich hindan, wo es euch so ge„fällt. Führt, wie ihr wollt, mit Jugurtha „Krieg. Ich werde den Muluchafluß, der zwi„schen mir und dem Micipsa war, nicht über„schreiten, noch den Jugurtha herüber treten las„sen. Wenn du außerdem etwas bitten solltest, „was mir und euch zusteht, werd' ich dich nicht „damit abweisen."

111.

Ad ea Sulla pro se breviter et modice, de pace et de communibus rebus, multis disseruit. Denique regi patefacit, „quod polliceatur, Senatum et populum Romanum, „quoniam amplius armis valuissent, non in „gratiam habituros: faciundum aliquid, quod „illorum magis, quam sua, retulisse videre„tur. Id adeo in promptu esse, quoniam Iu„gurthae copiam haberet: quem si Romanis „tradidisset, fore, uti illi plurimum deberetur; „amicitiam, foedus, Numidiae partem, quam „nunc peteret, ultro adventuram." Rex primo negitare: affinitatem, cognationem, praeterea foedus intervenisse: ad hoc metuere, ne fluxa fide usus, popularium animos averteret; quîs et Iugurtha carus, et Romani invisi erant. Denique saepius fatigatus, lenitur, et ex voluntate Sullae omnia se facturum promittit. Ceterum ad simulandam pacem, cuius Numida, defessus bello, avidissumus,

111.

Hierauf antwortete Sulla für sich kurz und bescheiden, weitläufiger in Betreff des Friedens und der gemeinschaftlichen Angelegenheiten. Endlich erklärt er dem König: „Was er verspreche, werde ihm der Senat und das römische Volk, weil sie bereits durch die Waffen die Oberhand behauptet hätten, wenig Dank wissen. Er müsse etwas thun, womit er mehr Jenen, als sich selbst zu dienen schiene. Dazu sey die Gelegenheit da, indem er den Jugurtha in seiner Gewalt habe; wofern er diesen den Römern ausliefere, so würde er sich dieselben gänzlich verbinden. Freundschaft, Bündniß und der Theil Numidiens, auf den er itzt Anspruch mache, würden ihm sofort zufallen." Erst weigerte sich der König; „Als Verwandter, Blutsfreund, danebst durch das Bündniß sey's ihm verboten. Auch fürchte er, durch solchen Unbestand der Treue die Gemüther seiner Unterthanen von sich abwendig zu machen, welche gegen den Jugurtha Liebe, wie Haß gegen die Römer heegten." Endlich nach langem Zusetzen, wird er geschmeidiger, und verspricht, dem Sulla in Allem zu willfahren. Uebrigens nehmen sie Abrede, wie der Numide durch den Anschein zum Frieden, den er abgemattet vom Krieg, sehnlichst wünschte, am besten zu täuschen wäre. Und

quae utilia visa, constituunt. Ita, composito dolo, digrediuntur.

112.

At rex postero die Asparem, Iugurthae legatum, appellat: sibi per Dabarem ex Sulla cognitum, posse conditionibus bellum poni: quam ob rem regis sui sententiam exquireret. Ille laetus in castra Iugurthae venit. Deinde ab illo cuncta edoctus, properato itinere, post diem octavum redit ad Bocchum, et ei nunciat, „Iugurtham cupere omnia, „quae imperarentur, facere; sed Mario parum „confidere: saepe antea cum imperatoribus „Romanis pacem conventam frustra fuisse. „Ceterum Bocchus, si ambobus consultum, „et ratam pacem vellet, daret operam, ut „una ab omnibus, quasi de pace, in collo„quium veniretur; ibique sibi Sullam trade„ret. Cum talem virum in potestate habe„ret, fore, uti iussu Senatus atque populi „Romani foedus fieret: neque hominem no„bilem, non sua captum ignavia, sed ob „rempublicam, in hostium potestate relic„tum iri."

so nach gemachtem Entwurfe, ihn zu hinterlisten, gehen sie auseinander.

112.

Aber der König läßt am folgenden Tage den Aspar, Jugurtha's Gesandten, zu sich kommen, und sagt ihm: „Er habe durch Dabar vom Sulla „vernommen, daß man den Krieg durch Bedin„gungen beylegen könne; weswegen er die Ge„sinnung seines Königs einhohlen möchte.“ Jener kommt freudig in's Lager des Jugurtha. Als ihm dieser über Alles seine Erklärung gegeben, kehrt er, nach beschleunigter Reise, den achten Tag zum Bocchus zurück, und berichtet ihm: „Ju„gurtha wäre zu Allem bereit, was ihm geheißen „würde; nur traue er dem Marius wenig; oft „schon habe man mit den römischen Feldherrn „vergebens Frieden geschlossen. Uebrigens, wenn „Bocchus ihnen beyden wollte geholfen, und den „Frieden gesichert wissen, sollte er zu veranstal„ten suchen, daß sie alle zugleich, wie zur Frie„densunterhandlung, zusammen kämen, und da „ihm den Sulla in die Hände liefern. Hätte er „solch einen Mann in seiner Gewalt, so würde „man auf Geheiß des Senats und des römischen „Volks ein Bündniß schließen, und einen so Vor„nehmen von Adel, der nicht durch eigene Fahr„lässigkeit, sondern des gemeinen Wesens halber „gefangen wäre, nicht in Feindes Gewalt lassen.“

113.

Haec Maurus secum ipse diu volvens tandem promisit. Ceterum dolo, an vere, pa-rum comperimus: sed plerumque regiae voluntates, ut vehementes, sic mobiles, saepe ipsae sibi adversae. Postea tempore et loco constituto (in colloquium uti de pace veniretur) Bocchus Sullam modo, modo Iugurthae legatum appellare, benigne habere, idem ambobus polliceri. Illi pariter laeti, ac spei bonae pleni. Sed nocte ea, quae proxuma fuit ante diem colloquio decretum, Maurus adhibitis amicis, ac statim, immutata voluntate, remotis, dicitur *secum ipse multa* agitavisse, voltu corporis pariter, atque animo varius: qua re, scilicet tacente ipso, occulta pectoris patefecisse. Tamen postremo Sullam arcessiri iubet, et ex eius sententia Numidae insidias tendit. Deinde, ubi dies advenit, et ei nunciatum est, Iugurtham haud procul abesse; cum paucis amicis et Quaestore nostro, quasi obvius honoris causa, procedit in tumulum, facillumum visu insidiantibus. Eodem Numida cum plerisque necessariis suis, inermus, ut dictum, accedit; ac sta-

113.

Nach langem hin = und herdenken sagte dies endlich der Maurer zu; ob aber aus Hinterlist, oder im Ernste, weiß ich eben nicht. Aber meistens sind der Könige Entschlüsse so wandelbar als heftig, oft sich einander entgegen. Nachher, als Zeit und Ort bestimmt worden, besprach sich Bocchus bald mit Sulla, bald mit des Jugurtha Gesandten, begegnete ihnen gefällig, und sagte Beyden das Nämliche zu. Beyde waren gleich froh, und voll guter Hofnung. Allein die Nacht vor dem zur Unterredung bestimmten Tage ließ der Maurer seine Freunde vor sich kommen; doch gleich wieder andern Sinnes, schickte er sie fort. Sodann soll er lange mit sich gekämpft haben; sein Aeußeres war wechselnd, wie die Zweifel im Innern, also daß er auch schweigend die Geheimnisse des Herzens verrieth. Doch endlich läßt er den Sulla herbeyhohlen, und trift, nach dessen Wunsche, Anstalt, den Numiden zu fangen. Wie also der Tag angebrochen, und er benachrichtiget war, daß Jugurtha nicht fern sey, gieng er mit wenigen Freunden, gleichsam Ehrenhalber ihm entgegen, auf einen Hügel, welchen die, so im Hinterhalte, leicht sehen konnten. Eben dahin kam der Numide mit den Meisten seiner nächsten Freunde, der Abrede gemäß unbewaffnet. Und

tim, signo dato, undique simul ex insidiis invaditur. Ceteri obtruncati: Iugurtha Sullae vinctus traditur, et ab eo ad Marium deductus.

114.

Per idem tempus adversum Gallos ab ducibus nostris, Q. Caepione et M. Manlio male pugnatum: quo metu Italia omnis contremuerat. Illique, et inde usque ad nostram memoriam, Romani sic habuere: „alia omnia „virtuti suae prona esse; cum Gallis pro sa„lute, non pro gloria certare." Sed postquam bellum in Numidia confectum, et Iugurtham vinctum adduci Romam nunciatum est; Marius Consul absens factus, et ei decreta provincia Gallia: isque Kalendis Ianuariis magna gloria Consul triumphavit. Ea tempestate spes atque opes civitatis in illo sitae.

stracks auf's gegebene Zeichen wird er allerseits her aus dem Hinterhalte angefallen. Die Uebrigen wurden niedergemacht; Jugurtha ward dem Sulla gefesselt übergeben, und von diesem zum Marius geführt.

114.

Um eben diese Zeit hatten unsere Anführer Q. Cäpio und M. Manlius gegen die Gallier unglücklich gefochten. Ganz Italien bebte vor Furcht. Und damals, wie so fort bis auf uns sind die Römer der Meynung gewesen: „Indeß sich Alles „vor ihrer Tapferkeit neige, hätten sie mit den „Galliern um ihr Heil, nicht um Ruhm zu kämpfen." Nachdem aber die Nachricht gekommen, daß der Krieg in Numidien beendiget sey, und Jugurtha in Fesseln nach Rom geführt werde, ward Marius abwesend zum Konsul ernannt, und ihm die Provinz Gallien zubestimmt. Er hielt den ersten Januar einen prächtigen Triumph. Zu dieser Zeit ruheten Hoffnung und Macht des Staates auf ihm.

C. CRISPI SALLUSTII
HISTORIARUM
FRAGMENTA.

LIB. I.

Res populi R. M. Lepido, Q. Catulo Coss. ac deinde militiae et domi gestas composui. *Donatus et Pomp. Messalinus.*

Cato Romani generis dissertissumus multa paucis absolvit. *Servius et Acron.*

Fannius vere. *Victorinus.*

Nos in tanta doctissumorum hominum copia. *Serv.*

Neque me diversa pars in civilibus armis movit a vero. *Arusian.*

Nobis primae dissensiones vitio humani ingenii evenere: quod inquies atque indomitum, semper in certamine libertatis, aut gloriae, aut dominationis agit. *Priscianus.*

Nam a primordio urbis ad Bellum Persi Macedonicum. *Idem.*

Res Romana plurimum imperio valuit, Ser. Sulpicio et Marcello Coss. omni Gallia cis Rhenum, atque inter mare nostrum, atque Oceanum, nisi quae a paludibus invia fuit, perdomita. Optumis autem moribus et maxuma concordia egit populus Rom. Inter

secundum atque postremum bellum Carthaginiense. *Victorin. Et Augustin.*

At discordia, et avaritia, atque ambitio, et cetera secundis rebus oriri sueta mala, post Carthaginis excidium maxume aucta sunt. Nam iniuriae validiorum, et ob eas discessio plebis a patribus, aliaeque dissensiones domi fuere iam inde a principio: neque amplius, quam regibus exactis, dum metus a Tarquinio et bellum grave cum Etruria positum est, aequo et modesto iure agitatum: dein servili imperio patres plebem exercere, de vita atque tergo regio more consulere: agro pellere, et, ceteris expertibus, soli in imperio agere. Quibus saevitiis, et maxume foenoris onere oppressa plebes, cum assiduis bellis tributum simul et militiam toleraret, armata montem sacrum atque Aventinum insedit. Tumque Tribunos plebis et alia sibi iura paravit. Discordiarum et certaminis utrimque finis fuit secundum bellum Punicum. *Augustin.*

Postquam remoto metu punico, simultates exercere vacuum fuit; plurimae turbae seditiones, et ad postremum bella civilia orta sunt: dum pauci potentes, quorum in gratia plerique concesserant, sub honesto *patrum* aut *plebis* nomine, dominationes affec-

tabant, *boni*que et *mali* cives appellati: non ob merita in rempublicam, omnibus pariter corruptis; sed uti quisque locupletissumus et iniuria validior, quia praesentia defendebat, pro bono ducebatur. Ex quo tempore maiorum mores non paulatim, ut antea, sed torrentis modo praecipitati: adeo iuventus luxu atque avaritia corrupta est, uti merito dicatur, genitos esse, qui neque ipsi habere possent res familiares, neque alios pati. *Gellius et Augustin.*

Igitur venditis proscriptorum bonis, aut dilargitis. *Gellius.*

Id bellum excitabat metus Pompeii victoris Hiempsalem in regnum restituentis. *Idem*

Maxumeque ferocia regis Mithridatis in tempore bellaturi. *Donatus et Arusianus.*

Quin lenones et vinarii laniique, quorum praeterea vulgus in dies usum habet, pretio compositi. *Carisius.*

Genus armis ferox, et servitii insolitum. *Arus.*

M. AEMILII LEPIDI Cos. AD P. R. Oratio CONTRA SULLAM.

Clementia et probitas vestra, Quirites, quibus per ceteras gentes maxumi et clari

estis, plurimum timoris mihi faciunt, adversus tyrannidem L. Sullae: ne ipsi nefanda quae aestumatis, ea parum credendo de aliis, circumveniamini (praesertim cum illi spes omnis in scelere atque perfidia sit; neque se aliter tutum putet, quam si peior atque intestabilior metu vestro fuerit, quo captivis libertatis curam miseria eximat) aut si provideritis, in tutandis periculis magis, quam in ulciscendo teneamini. Satellites quidem eius, homines maxumi nominis, non minus optumis maiorum exemplis, nequeo satis mirari. Dominationis in vos, servitium suum mercedem dant: et utrumque per iniuriam malunt, quam optumo iure libere agere. Praeclara Brutorum, atque Aemiliorum et Lutatiorum proles, geniti ad ea, quae maiores virtute peperere, subvertunda! nam quid a Pyrrho, Hannibale, Philippoque et Antiocho defensum est aliud, quam libertas, et suae cuique sedes; neu cui, nisi legibus, pareremus? quae cuncta saevus iste Romulus, quasi ab externis rapta, tenet: non tot exercituum clade, neque consulis et aliorum principum, quos fortuna belli consumpserat, satiatus; sed tum crudelior, cum plerosque secundae res in miserationem ex ira vertunt. Quin solus omnium, post memoriam

hominum, supplicia in post futuros composuit: quîs prius iniuria, quam vita certa esset: pravissumeque per sceleris immanitatem adhuc tutus furit; dum vos, metu gravioris servitii, a repetunda libertate terremini. Agendum atque obviam eundum est, Quirites; ne spolia vestra penes illum sint: non prolatandum, neque votis paranda auxilia; nisi forte speratis, per taedium iam aut pudorem tyrannidis, esse eum per scelus occupata periculosius dimissurum. At ille eo processit, uti nihil gloriosum, nisi tutum, et omnia retinendae dominationis honesta existumet. Itaque illa quies et otium cum libertate, quae multi probi potius, quam laborem cum honoribus, capessebant, nulla sunt. Hac empestate serviundum, aut imperitandum: habendus metus, aut faciundus, Quirites. Nam quid ultra? quaeve humana superant, aut divina impolluta sunt? populus Romanus, paulo ante gentium moderator, exutus imperio, gloria, iure, agitandi inops despectusque, ne servilia quidem alimenta reliqua

habet. Sociorum et Latii magna vis, civitate pro multis et egregiis factis a vobis data, per unum prohibentur: et plebis innoxiae patrias sedes occupavere pauci satellites, mercedem scelerum. Leges, iudicia, aerarium, provinciae, reges, penes unum; denique necis civium, et vitae licentia. Simul humanas hostias vidistis, et sepulchra infecta sanguine civili. Estne viris reliqui aliud, quam solvere iniuriam, aut mori per virtutem? quoniam quidem unum omnibus finem natura, vel ferro septis, statuit: neque quisquam extremam necessitatem nihil ausus, nisi muliebri ingenio, exspectat. Verum *ego seditiosus*, uti Sulla ait, qui praemia turbarum queror; et *bellum cupiens*, quia iuria pacis repeto. Scilicet, quia non aliter salvi satisque tuti in imperio eritis, nisi Vettius Picens, Scriba Cornelius, aliena bene parata prodegerint: nisi approbaveritis omnes proscriptiones innoxiorum, ob divitias; cruciatus virorum illustrium; vastam urbem fuga et caedibus; bona civium miserorum, quasi Cim-

bricam praedam, venum aut dono datam. At objectat mihi *possessiones ex bonis proscriptorum:* quod quidem scelerum illius vel maxumum est, non me, neque quemquam omnium satis tutum fuisse, si recte faceremus. Atque illa, quae tum formidine mercatus sum, pretio soluto, iure dominis tamen restituo: neque pati consilium est, ullam ex civibus praedam esse. Satis illa fuerint, quae rabie contracta toleravimus: manus conserentes inter se Romanos exercitus, et arma ab externis in nosmet versa. Scelerum et contumeliarum omnium finis sit: quorum adeo Sullam non poenitet, ut et facta in gloria numeret, et, si liceat, avidius fecerit. Neque iam quid existumetis de illo, sed quantum vos audeatis, vereor: ne, alius alium principem exspectantes, ante capiamini (non opibus eius, quae futiles et corruptae sunt, sed vestra secordia), quam captum ire licet, et quam audeat, tam videri felicem. Nam praeter satellites commaculatos, quis eadem vult? aut quis non omnia

mutata, praeter victoriam? scilicet milites: quorum sanguine, Tarrulae Scyrroque, pessumis servorum, divitiae partae sunt? an, quibus praelatus in magistratibus capiundis Fusidius, ancilla turpis, honorum omnium dehonestamentum? Itaque maxumam mihi fiduciam parit victor exercitus, cui per tot vulnera et labores, nihil, praeter tyrannum, quaesitum est. Nisi forte tribuniciam potestatem eversum profecti sunt per arma, conditam a maioribus suis; utique iura et iudicia sibimet extorquerent: egregia scilicet mercede, cum relegati in paludes et silvas, contumeliam atque invidiam suam, praemia penes paucos intelligerent. Quare igitur tanto agmine atque animis incedit? quia secundae res mire sunt vitiis obtentui; quibus labefactatis, quam formidatus antea est, tam contemnetur: nisi forte specie concordiae et pacis, quae sceleri et parricidio suo nomina indidit. *Neque aliter populo Romano esse belli finem*, ait, *nisi maneat expulsa agris plebes*, praeda civilis acerbissuma; *ius*, *iu-*

diciumque omnium rerum penes se, quod populi Romani fuit. Quae, si vobis pax et concordia intelliguntur, maxuma turbamenta reipub. atque exitia probate: annuite legibus impositis: accipite otium cum servitio: et tradite exemplum posteris ad populum Romanum suimet sanguinis mercede circumveniendum. Mihi, quamquam per hoc summum imperium satis quaesitum erat nomini maiorum, dignitati, atque etiam praesidio: tamen non fuit consilium, privatas opes facere; potiorque visa est periculosa libertas, quieto servitio. Quae si probatis, adeste Quirites, et bene iuvantibus Diis, M. Aemilium Consulem, ducem et auctorem sequimini ad recipiundam libertatem.

Tunc vero et posci; cum ceteri eiusdem causa ducem Senatus rati, maxumo gaudio bellum irritare. *Nonius*, irritare, *provocare*.

Curionem quaesivit, uti adolescentior, et populi suffragiis integer, aetati concederet Mamerci. *Priscianus* lib. x.

Philippus, qui aetate et consilio ceteros anteibat. *Servius* lib. 11.

ORATIO L. PHILIPPI CONTRA LEPIDUM.

Maxume vellem, P. C. remp. quietam esse, aut in periculis a promptissumo quoque defendi; denique prava incepta consultoribus noxae esse. Sed contra seditionibus omnia turbata sunt, et ab iis, quos prohibere magis decebat: postremo, quae pessumi et stultissumi decrevere, ea bonis et sapientibus faciunda sunt. Nam bellum, atque arma, quamquam vobis invisa, tamen quia Lepido placent, sumenda sunt: nisi forte cui pacem praestare, et bellum pati consilium est. Pro, Dii boni, qui hanc urbem omissa cura adhuc regitis! M. Aemilius, omnium flagitiosorum postremus, qui peior, an ignavior sit, deliberari non potest, exercitum opprimundae libertatis habet, et se e contemto metuendum effecit: vos mussantes, et retractantes verbis et vatum carminibus, pacem optatis magis, quam defenditis: neque intelligitis, mollitia decretorum vobis digni-

tatem, illi metum detrahi. Atque id iure; quoniam ex rapinis consulatum, ob seditionem provinciam cum exercitu adeptus est. Quid ille ob benefacta cepisset, cuius sceleribus tanta praemia tribuistis? At scilicet, ii, qui, ad postremum usque, legatos, pacem, concordiam, et alia huiuscemodi decreverunt, gratiam ab eo peperere. Immo despecti et indigni rep. habiti, praedae loco aestumantur: quippe metu pacem repetentes, quo habitam amiserant. Equidem a principio, cum Etruriam coniurare, proscriptos arcessiri, largitionibus rempubl. lacerari, videbam; maturandum putabam, et Catuli consilia, cum paucis secutus sum. Ceterum illi, qui *gentis Aemiliae benefacta* extollebant, et, *ignoscendo populi Romani magnitudinem auxisse*, *nusquam etiam tum Lepidum progressum*, aiebant, cum privata arma opprimundae libertatis cepisset, sibi quisque opes aut patrocinia quaerendo, consilium publicum corruperunt. Attamen erat Lepidus latro cum calonibus, et paucis sicariis, quorum nemo diur-

na mercede vitam mutaverit: nunc est pro consule cum imperio, non emto, sed dato a vobis, cum legatis adhuc iure parentibus. Et ad eum concurrere homines omnium ordinum corruptissimi, flagrantes inopia et cupidinibus, scelerum conscientia exagitati: quibus quies in seditionibus, in pace turbae sunt, Saturnini olim, post Sulpicii, dein Marii Damasippique, nunc Lepidi satellites. Praeterea Etruria, atque omnes reliquiae belli arrectae: Hispaniae armis sollicitae: Mitrithades in latere vectigalium nostrorum, quibus adhuc sustentamur, diem bello circumspicit. Quin, praeter idoneum ducem, nihil abest ad subvertundum imperium. Quod ego vos oro atque obsecro P. C. ut animadvertatis; neu patiamini licentiam scelerum, quasi rabiem, ad integros contactu procedere. Nam, ubi malos praemia sequuntur, haud facile quisquam gratuito bonus est. An exspectatis, dum, exercitu rursus admoto, ferro atque flamma Urbem invadat? quod multo propius est ab eo, quo agitat, statu, quam ex pace et con-

cordia ad arma civilia: quae ille adversum divina et humana omnia cepit, non pro sua, aut quorum simulat iniuria, sed legum ac libertatis subvertundae. Angitur enim ac laceratur animi cupidine et noxarum metu, expers consilii, inquies; haec atque illa tentans, metuit otium, odit bellum, luxu atque licentia carendum videt, atque interim abutitur vestra secordia. Neque mihi satis consilii, metum, an ignaviam, an dementiam eam appellem: qui videmini intenta mala, quasi fulmen, optare, se quisque ne attingat; sed prohibere ne conari quidem. Et quaeso considerate, quam conversa rerum natura sit. Antea malum publicum occulte, auxilia palam, instruebantur; et eo boni malos facile anteibant: nunc pax, concordia disturbantur palam; defenduntur occulte. Quibus illa placent, in armis sunt: vos in metu. Quid exspectatis? nisi forte pudet, aut piget recte facere. An Lepidi mandata animos movent? qui placere ait, *sua cuique reddi;* et aliena tenet: *belli iura rescindi*; cum ipse armis cogat:

civitatem confirmari, quibus ademtam negat: *concordiae gratia plebei tribuniciam potestatem restitui;* ex qua omnes discordiae accensae. Pessume omnium atque impudentissume, tibine egestas civium, et luctus curae sunt? cui nihil est domi, nisi armis partum, aut per iniuriam: alterum consulatum petis? quasi primum reddideris: bello concordiam quaeris? quo parta disturbatur: nostri proditor, istis infidus, hostis omnium bonorum, ut te neque hominum, neque Deorum, pudet, quos per fidem, aut periurio violasti! qui, quando talis es, maneas in sententia, et retineas arma, te hortor: neu prolatandis seditionibus inquies ipse, nos in solicitudine attineas. Neque te provinciae, neque leges, neque Dii penates civem patiuntur. Perge, qua coepisti, ut quam maturrume merita invenias. Vos autem, P. C. quousque cunctando remp. intutam patiemini, et verbis arma tentabitis? delectus adversum vos habiti, pecuniae publice et privatim extortae; praesidia deducta atque imposita, ex lubidine leges imperantur; cum

interim vos legatos et decreta paratis. Et quanto, mehercule, avidius pacem petieritis, tanto bellum acrius erit; cum intelliget, se metu magis, quam aequo et bono sustentatum. Nam qui turbas et caedem civium odisse ait, et ob id, armato Lepido, vos inermes retinet: quae victis toleranda sunt, ea, cum facere possitis, patiamini potius censet. Ita illi a vobis pacem, vobis ab illo bellum suadet. Haec si placent: si tanta torpedo animos oppressit, ut obliti scelerum Cinnae, cuius in urbem reditu decus ordinis huius interiit, nihilominus vos atque coniuges et liberos Lepido permissuri sitis: quid opus decretis? quid auxilio Catuli? quin is et alii boni remp. frustra curant. Agite, uti lubet: parate vobis Cethēgi, atque alia proditorum patrocinia, qui rapinas et incendia instaurare cupiunt, et rursus adversum Deos penates manus armare. Sin libertas et vera magis placent; decernite digna nomine, et augete ingenium viris fortibus. Adest novus exercitus, ad hoc coloniae veterum militum, nobilitas omnis; duces op-

tumi: fortuna meliores sequitur: iam illa, quae collecta sunt secordia nostra, dilabentur. Quare ita censeo, quoniam Lepidus exercitum privato consilio paratum, cum pessumis, et hostibus reipub. contra huius ordinis auctoritatem ad Urbem ducit; ut Appius Claudius interrex cum Q. Catulo proconsule, et ceteris, quibus imperium est, urbi praesidio sint, operamque dent, ne quid resp. detrimenti capiat.

Uti Lepidus, et Catulus, decretis exercitibus maturrume proficiscerentur. *Carisius* l. 3.

M. Lepido cum omnibus copiis Italia pulso, segnior neque minus gravis, sed multiplex cura patres exercebat. *Servius. Marius Victorinus in Cicer.*

Obviam ire, et commori hostibus. *Arus. Messus.*

Lepidus poenitens consilii. *Caris.* l. III

Sic vero quasi formidine attonitus, neque animo, neque auribus aut lingua competere. *Nonius: Competere, rei cuiusque meminisse, aut constanter valere.*

Prudens omnium, quae senatus censuerat. *Arus.*

Magnis operibus profectus, oppidum cepit, per L. Catilinam legatum. *Festus.*

Domitium proconsulem ex citeriori Hispania cum omnibus copiis, quas paraverat, arcessivit. *Prisc.* l. x. *Arcessivit*, *inquit*, *et lacessivit.*

Sanctus aliter, et ingenio validus. *Caris.* l. I. *aliter pro alias.*

Gens raro egressa fines suos. *Serv. ad* l. XI. *Aeneid. Arusian. Messus.*

Nisi cum ira belli desenuisset. *Prisc.* l. x.

Maturaverunt exercitum Dyrrachium cogere. *Arusianus Messus.*

Illo profectus, vicos castellaque incendere, et fuga cultorum deserta igni vastare: neque elato, aut securo esse animo, metu gentis ad furta belli peridoneae. *Non. Serv. ad* l. XI. *Aeneid.*

Liberis eius avunculus erat. *Donatus ad Phormionem Terentii.*

Nihil ob tantam mercedem sibi abnuituros. *Arusianus Messus.*

Insanum aliter sua sententia, atque aliarum mulierum. *Caris.* l. I. *aliter pro alias.*

Recens scripsi. *Donat. Phorm.* A. v. Sc. VIII. *Caris.* II.

Solis viis. *Donatus Phorm.* A. v. Sc. VIII.

Iussu Metelli cornicines occanuerunt. *Priscianus* l. x. *Servius* II. *Georg. Virg. Diomed.* l. I. c. 4.

Nexuit catenae modo. *Prisc.* l. x.

Doctus militiam. *Arus. Messus.*

Neque se recipere, aut instruere praelio quivere. *Prisc.* l. x.

Equi sine rectore, exterriti aut saucii consternantur. *Idem* l. IV.

Occupatusque collis editissumus apud Hilerdam et cum multa opera circumdata. *Priscian.* l. v.

At inde nulla munitionis, aut requie mora, processit ad oppidum. *Prisc.* l. XVIII. *requie pro requies.*

Agreste. *Caris.* l. I.

Ardebat omnis Hispania citerior. *M. Fabius Victor. de invent. Cic.* l. I.

* et pondere validam urbem multos dies restantem pugnando vicit. *Non.*

Itaque Sertorius, levi praesidio relicto in Mauritania, nactus obscuram noctem, aestu cecundo, furtivaque celeritate vitare praelium in transgressu conatus est. *Gellius* l. x. c. xxvi. *Non. Marcel.*

Transgressos omnes, recepit mons Ballera, praeceptus a Lusitanis. *Idem ibidem.*

Earum aliae paululum progressae nimio simul et incerto onere, cum pavor corpora agitaverat, deprimebantur. *Idem.*

Locum editiorem, quam victoribus decebat, capit. *Serv.* VIII. *Aeneidos*, *Arusian. Messus.*

Et mox Fusidius adveniens cum legionibus postquam tantas asperitates, haud facilem pugnantibus vadum, cuncta hosti quam suis opportuniora videt. *Nonius.*

Cum Sertorius neque irrumperet, tam le-

vi copia, navibus fugam maturabat. *Servius Fuld. Messus.*

Itineris eorum Metellus per literas gnarus. *Arus.*

Itaque Servilius aegrotum Tarenti collegam prior transgressus, iter vortit ad Corycum urbem inclutam: pastusque nemore, in quo crocum gignitur. *Prisc. Non.*

Ad Olympum atque Phaselida. *Prisc.*

Apud Corycum. *Idem.*

Apud Lethe oppidum, cui nomen oblivionis condiderant. *Idem Serv. ad* I. *Aen.*

Repulsus a Lethe oppido. *Idem Prisc.*

Apud Mutinam. *Idem.*

Apud Praeneste locatus. *Idem.*

Medio diei. *Messus.*

Quietam a bellis civitatem. *Idem.*

Militiae peritus. *Idem.*

Sertorius portis turbam morantibus, et nullo, ut in terrore solet, generis aut imperii discrimine, per calonum corpora, ad medium quasi deinsuper adstantium manibus in murum attollitur. *Non. Serv.*

Neque detrusus aliquotiens terretur. *Prisc.* l. xv.

Dubitavit acie pars. *Idem.*

Quos inter maxume. *Caris.*

Rumore primo. *Caris.*

Idem fecere Octavius et Q. Caepio sine gravi cuiusdam exspectatione, neque sane ambiti publice. *Serv. ad* IV. *Aeneid. Ambire significat et rogare. Sallustius in Iugurtha: Quos ego audio ambire, fatigare vos singulos. Dicebatur et ambio illum, pro rogo. Sallustius in* I. Idem fecere etc.

Cum arae et alia Dis sacrata, supplicium sanguine foedarentur. *Idem.*

Postremo ipsos colonos per miserias et incerta humani generis orare. *Id. ad illud* X. *Aeneid.*

--per eversae genitor fumantia Troiae
Excidia obtestor.

Ea paucis, quibus peritia et verum ingenium est, abnuentibus. *Idem.*

Perpenna tam paucis profectus, vera est aestimanda. *Idem ad* XII. *Aneid. v.* 694.

LIB. II.
HISTORIARUM.

Sardinia in Africo mari façie vestigii humani, in orientem, quam in occidentem latior prominet. *Gellius* lib. XIII. cap. XVIII. *Non. Faciem totius corporis formam*, *προσωπον*, *id est*, *os*, *posuit antiquitas prudens; ut ab aspectu species*, *et a fingendo figura*, *ita a factura corporis facies. Sallust.* l. II. Sardinia etc. *Isidorus.*

Inde Ichnusa appellata. *Solinus.*

Dubium an insula sit, quod Euri atque Austri superiactis fluctibus circumlavit. *Non. lavit pro lavat.*

Non Sullam consulem de reditu eius legem ferentem ex composito trib. pl. C. Herennius prohibuerat. *Notat Gell.* l. X. c. XX. *Sallustium proprietatis in verbis retinentissimum consuetudini concessisse*, *et privilegium*, *quod de Cn. Pompeii Magni patris reditu ferebatur*, *legem appellasse.*

Nam procul, et diversis ex regionibus. *Carisius*, *Asper*, procul, *inquit*, *est e loco.*

Obviam fuere. *Carisius ibid. Asper ait: vetuste* obviam fuere, *adverbio quam nomine uti maluit.*

Urbe, patriaque extorres. *Messus.*

Genus militum suetum a pueritia latrociniis. *Id.*

Inter laevâ moenium, et dextrum flumen Turiam, quod Valentiam parvo intervallo praeterfluit. *Prisc.* l. v. et vi. *Turiam dixit, qui accusativus generis masculini est, non neutri.*

In fiducia, quam argumentis, purgatiores dimittuntur. *Donatus Phorm.* Act. I. Sc. III. *et Hecyr.* Act. IV. Sc. IV. *Nonius. Fiducia est audacia. Servius.*

Antequam regressus Sertorius instrueret pugnae suos. *Arusianus.*

Ipse animi atrox. *Idem.*

Copiis integra. *Idem.*

Eodem anno in Macedonia C. Curio, principio veris cum exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit modis, dictas pecunias coëgit. *Nonius, dicere, est promittere.*

Post, ubi in fiducia nimius. *Arusianus.*

Sed ipsi ferunt taurum ex grege, quem prope litora regebat. Corsa nomine Ligus mulier. *Prisc.* l. IV.

Nam quaedam Corsa nomine Ligus mulier, cum taurum ex grege, quem prope litora regebat, transnatare solitum, atque per intervalla, corpore aucto, remeare videret, cupiens scire incognita sibi pabula, taurum a ceteris degredientem usque ad insulam navigio prosecuta est. Cuius regressu insulae fertilitatem cognoscentes Ligures, ratibus eo profecti, eamque nomine mulieris auctoris et ducis appellaverunt. *Isidor.* l. XIV, c. 6.

Ne illa tauro parata sint. *Donatus* A. IV. sc. 2. *Andr.*

Daedalum ex Sicilia profectum, cum Minois fugeret iram, atque opes. *Priscianus* l. VI. *Serv.*

Quem ex Mauritania rex Leptasta proditionis insimulatum cum custodibus miserat. *Priscian.* l. I.

Quos adversum multi ex Bithynia volen-

tes occurrere, falsum filium arguituri. *Prisc.* l. x.

Ut actione desisteret. *Messus.*

Vespera. *Carisius* l. II.

Argentum mutuum arcessivit. *Priscian* l. x.

Eam deditionem Senatus, per nuncios Orestis cognitam, approbat. *Prisc.* l. VI.

Nisi qua flumen Lurda Tauro monte defluens. *Idem ibidem.*

Frugum, pabulique laetus ager. *Arusianus. Servius* l. I. *Aeneidos.*

Neque virgines nuptum a parentibus mittebantur, sed ipsae belli promtissumos delegebant. *Messus.*

Modestus ad omnia alia, nisi ad dominationem. *Donatus Phorm.* Act. I. Sc. II.

Noctu diuque stationes et vigilias tentare. *Carisius.* l. II.

At Lucullum regis cura machinata fames brevi fatigabat. Multique commeatus interierant insidiis latronum. *Prisc.* l. VII. *et Nonius.*

Namque primum Iasonem novo itinere maris Aeetae hospitis domum violasse. *Priscianus* l. VIII.

Tartessum Hispaniae civitatem, quam nunc Tyrii, mutato nomine Gadir, habent. *Prisc.* l. V.

Neque subsidiis, uti soluerat, compositis. *Prisc.* l. X. soluerat *autem est* solitus fuerat.

Neque inermes ex praelio viros quemquam agnoturum. *Idem ibid.*

Ea continentia vir gravis, et nulla arte cuiquam inferior. *Arusian. Non. in Gravis.*

Omnes qui circum sunt, praeminent altitudine millium passuum duorum. *Arusianus.*

* et Poeni ferunt adversus A. N. C. M. *Donatus.*

Quia corpore et lingua percitum, et inquietem, nomine histrionis vix sani, Barbuleium appellabant. *Priscianus* l. VI.

Audaciter. *Idem* XV.

Ibi Fimbriana seditione, qui regi per

obsequelam orationis, et maxume odium Sullae, graves carique erant. *Nonius: Obsequium neutr. genere, obsequela fem.*

Moenibus deturbat. *Non. Deturbare.*

E muris canes sportis demittebant. *Idem.*

Ad hoc rumoribus, adversa in pravitatem; secunda in casum; fortunam in temeritatem declinando, corrumpebant. *Idem.*

At Metellus in ulteriorem Hispaniam post annum regressus; magna gloria concurrentium undique, virile et muliebre secus, per vias ac tecta omnium visebatur. Cum quaestor C. Urbinus aliique, cognita voluntate, eum ad coenam invitaverant; ultra Romanorum, et mortalium etiam morem curabant: exornatis aedibus per aulaea et insignia, scenisque ad ostentationem histrionum fabricatis; simul croco sparsa humus, et alia, in modum templi celeberrumi. Praeterea cum sedenti transenna demissum Victoriae simulacrum cum machinato strepitu tonitruum coronam capiti imponebat: tum venienti thure, quasi Deo, supplicabatur. Toga picta plerumque

amiculo erat ei accumbenti: epulae quaesitissumae: neque per omnem modo provinciam, sed trans maria, ex Mauritania volucrum et ferarum incognita antea plura genera, quibus rebus aliquantam partem gloriae demserat, maxume apud veteres et sanctos viros, superba illa, gravia, indigna Rom. imperio existumantes. *Macrob. Satur.* l. III. c. XIII. *Nonius. Sosipater.* l. I.

Ruuntque pars magna suismet, aut proxumorum telis, ceteri vice pecorum obtruncabantur. *Nonius.*

Occurrere duci, et praelium accendere, adeo uti Metello in sagum, Hirtuleio in brachium tela venirent. *Idem.*

Avidisque ita, promptisque ducibus, uti Metellus ictu tragulae sauciaretur. *Idem.*

Sed Metellus in vulnere. *Don.* Andr. v. sc. II.

Primo incidit forte per noctem in renunculo piscantis. *Non.*

Ad hoc pauca piraticae adiungit actuaria navigia. *Idem in Piraticae naviculae.*

Omnia sacrata corpora in ratem imposuisse. *Arus.*

Suos equites hortatus vado transmittit. *Idem*.

Ictu eorum, qui in flumine ruebant, necabantur. *Donatus Adelph.* Act. III. sc. II.

Circumventi dextra, unde ferrum erat, saxa, aut quid tale capiti affligebant. *Arusianus*.

Sed Metellus in ulteriore provincia. *Donatus ad Phorm.* Act. I. sc. IV.

Immane quantum animi exarsere. *Non. nomen positum pro adverbio.*

At illi quibus res incognita erat, ivere cuncti ad portas incognita tendere. *Serv. F. Ursini*.

Murum ab angulo dextri lateris ad paludem haud procul remotam duxit. *Serv. Fuldanus*.

Lib. III.

HISTORIARUM.

Exaudirique sonus Bacchanaliorum. *Macr.* lib. I. cap. IV. *Saturn. Non.*

Diversa, uti solet rebus perditis, capessunt: namque alii fiducia *gnaritatis* locorum in occultam fugam sparsi; alii globis eruptionem tentavere. *Priscian.* lib. x. *Non.*

Unus constitit in agro Lucano, gnarus loci nomine Publipor. *Idem* l. vi. *Probus Catholicis.*

Male iam assuetum ad omnis vis controversiarum. *Priscianus* l. vi. (Vis est num plur.)

Coniuratione claudit. *Idem* l. x.

Quasi par in oppido festinatio, et ingens terror erat, ne ex latere nova munimenta madore infirmarentur: nam moenia oppidi stagnabant, redundantibus cloacis adverso aestu maris. *Non. in Mador.*

Equis et armis decoribus cultus. *Priscianus* lib. vi.

Dedecores, inultique terga ab hostibus caedebantur. *Idem.*

Contra ille calvi ratus quaerebat, num somnio thesaurus protenderetur. *Idem* lib. viii. *Non. in Calvitur.*

Parte consumta, reliqua cadaverum ad diuturnitatem usus fallerent. *Prisc.* lib. x.

EPISTOLA CN. POMPEII AD SENATUM.

Si adversus vos patriamque et Deos penates tot labores et pericula suscepissem, quotiens a prima adolescentia ductu meo scelestissumi hostes fusi, et vobis salus quaesita est: nihil amplius in absentem me statuissetis, quam adhuc agitis, P. C. quem contra aetatem proiectum ad bellum saevissumum, cum exercitu optume merito, quantum est in vobis, fame, miserruma omnium morte, confecistis. Hac in spe populus R. liberos suos ad bellum misit? haec sunt praemia pro volneribus, et totiens ob remp. fuso sanguine? fessus scribundo, mittundoque legatos, omnes opes et spes privatas meas consumsi; cum interim a vobis per triennium vix annuus sumtus datus est. Per Deos immortales, utrum censetis, me vicem aerarii praestare, an exercitum sine frumento et stipendio habere posse? Equidem fateor me ad hoc bellum maiore studio, quam consilio, profectum; quippe qui nomine modo imperii a vobis accepto

diebus quadraginta exercitum paravi; hostesque in cervicibus iam Italiae agentes ab Alpibus in Hispaniam summovi. Per eas iter aliud, atque Hannibal, nobis opportunius patefeci. Recepi Galliam, Pyrenaeum, Laletaniam, indigetes. Et primum impetum Sertorii victoris, novis militibus et multo paucioribus, sustinui: hiememque in castris *inter* saevissumos hostes, non per oppida, neque ex ambitione mea, egi. Quid dein praelia, aut expeditiones hibernas, oppida excisa, aut recepta enumerem? quando res plus valent, quam verba. Castra hostium apud Sucronem capta, et praelium apud flumen Durium, et dux hostium C. Herennius cum urbe Valentia et exercitu deleti, satis clara vobis sunt: pro quis, o grati patres, egestatem et famem redditis. Itaque meo et hostium exercitui par conditio est. Namque stipendium neutri datur: victor uterque in Italiam venire potest. Quod ego vos moneo, quaesoque ut animadvertatis, neu cogatis, necessitatibus privatim mihi consulere. Hispa-

niam citeriorem, quae non ab hostibus tenetur, nos aut Sertorius ad internecionem vastavimus; praeter maritumas civitates, quae ultro nobis sumtui onerique. Gallia superiore anno Metelli exercitum stipendio frumentoque aluit: et nunc malis fructibus ipsa vix agitat. Ego non rem familiarem modo, verum etiam fidem consumsi. Reliqui vos estis: qui nisi subvenitis: invito et praedicente me, exercitus hinc, et cum eo omne bellum Hispaniae in Italiam transgredientur.

Namque his praeter solita vitiosis magistratibus, cum per omnem provinciam infecunditate biennii proxumi *grave* pretium fructibus esset. *Non. Grave, multum.*

Hi saltibus occupatis, tum externorum agros invasere: frumentique ex inopia gravi *satias* facta. *Idem*, S*atias pro satietas.*

Neque iam sustineri poterat immensum aucto mari, et vento gliscenti. *Idem. Gliscit est congelascit, colligitur, ignescit, crescit.*

Ac tum maxume, uti solet extremis in

rebus, sibi quisque carissumum domi recordari, cunctique omnium ordinum extrema munia sequi. *Idem. Munia, officia.*

Et forte in navigando cohors una, grandi *faselo* vecta a ceteris deerravit, marique placido a duobus praedonum *myoparonibus* circumventa. *Idem in voce Faselus, et Myoparo.*

Eum, atque Metrophanem Senatus magna industria perquirebat, cum per tot scaphas, quas ad ostia cum paucis fidis percunctatum miserant. *Idem et Carisius* lib. I.

Duos quam maxumos utres levi tabulae subiecit: qua super omni corpore quietus invicem tractu pedis quasi gubernator existeret: ea inter molem atque insulam, mari vitabundus classem hostium, ad oppidum pervenit. *Idem.*

Nam qui enare conati fuerant, icti saepe ferramentis navium, aut vulnerati a suis, aut afflicti alveos, undarum vi, mulcato foede corpore, postremo tamen periere. *Idem et Arus. Messus.*

Nam tertia tunc erat, et *sublima* nebula coelum obscurabat. *Non.*

Illum nautis forum. *Idem.*

ORATIO MACRI LICINII TRIBUNI PLEBIS AD PLEBEM.

Si, Quirites, parum existumaretis, quod inter ius a maioribus relictum vobis, et hoc a Sulla paratum servitium interesset: multis mihi disserendum fuisset, docendumque, quas ob iniurias, et quotiens a patribus armata plebes secessisset; utique vindices paravisset omnis iuris sui, tribunos plebis. Nunc hortari modo reliquum est, et ire primum via, qua capessundam arbitror libertatem. Neque me praeterit, quantas opes nobilitatis solus, impotens, inani specie magistratus, pellere dominatione incipiam; quantoque tutius factio noxiorum agat, quam soli innocentes. Sed praeter spem bonam ex vobis, quae metum vicit, statui, certaminis adversa pro libertate potiora esse forti viro, quam omnino non certavisse. Quamquam omnes alii

creati pro iure vestro vim cunctam et imperia sua gratia, aut spe, aut praemiis in vos convertere; meliusque habent, mercede delinquere, quam gratis recte facere. Itaque omnes concessere iam in paucorum dominationem, qui per militare nomen, aerarium, exercitus, regna, provincias occupavere, et arcem habent ex spoliis vestris: cum interim, more pecorum, vos, multitudo, singulis habendos fruendosque praebetis, exuti omnibus quae maiores reliquere: nisi quia vobismet ipsi per suffragia, uti praesides olim, nunc dominos destinatis. Itaque concessere illic omnes: et mox, si vestra receperitis, ad vos plerique; (raris enim animus ad ea, quae placent, defendenda) cetera validiorum sunt. An dubium habetis, ne officere quid vobis uno animo pergentibus possit, quos languidos secordesque pertimuere? nisi forte C. Cotta ex factione media consul, aliter quam metu, iura quaedam tribunis pl. restituit. Et quamquam L. Sicinius primus de potestate trib. loqui ausus, mussantibus vo-

bis, circumventus erat: tamen prius illi invidiam metuere, quam vos iniuriae pertaesum est. Quod ego nequeo satis mirari, Quirites. Nam spem frustra fuisse intellixistis. Sulla mortuo, qui scelestum imposuerat servitium, finem mali credebatis. Ortus est longe saevior Catulus. Tumultus intercessit Bruto et Aemilio Mamerco Coss. dein C. Curio ad exitium usque insontis tribuni dominatus est. Lucullus superiore anno quantis animis ierit in L. Quinctium, vidistis. Quantae denique nunc mihi turbae concitantur! quae profecto incassum agerentur, si, prius quam vos serviundi finem, illi dominationis facturi erant: praesertim cum his civilibus armis dicta alia, sed certatum utrimque de dominatione in vobis sit. Itaque cetera ex licentia, aut odio, aut avaritia in tempus arsere: permansit una res modo, quae utrimque quaesita est, et erepta in posterum, vis tribunicia, telum a maioribus libertati paratum. Quod ego vos moneo, quaesoque, ut animadvertatis: neu nomina re-

rum ad ignaviam mutantes, otium pro servitio appelletis. Quo iam ipso frui, si vera et honesta flagitium superaverit, non est conditio; fuisset, si omnino quiessetis. Nunc animum advertite: et nisi viceritis, quoniam omnis iniuria gravitate tutior est, artius habebunt. Quid censes igitur? aliquis vestrum subiecerit. Primum omnium omittendum morem hunc quem agitis, impigrae linguae, animi ignavi, non ultra concionis locum memores libertatis: dein (ne vos ad virilia illa vocem, quo tribunos plebei modo, modo patricium magistratum, libera ab auctoribus patriciis suffragia maiores vestri paravere) cum vis omnis, Quirites, in vobis sit, uti, quae iussa nunc pro aliis toleratis, pro vobis agere aut non agere certe possitis. Iovem aut alium quem Deum consultorem exspectatis: magna illa consulum imperia et patrum decreta, vos exsequendo rata efficitis, Quirites: ultroque licentiam in vos auctum atque adiutum properatis. Neque ego vos ultum iniurias hortor; magis uti requiem cupiatis:

neque discordias, ut illi criminantur, sed earum finem volens, iure gentium, res repeto: et, si pertinaciter retinebunt; non arma, neque secessionem, tantummodo ne amplius sanguinem vestrum praebeatis, censeo. Gerant, habeantque suo modo imperia; quaerant triumphos: Mithridatem, Sertorium et reliquias exsulum persequantur cum imaginibus suis: absit periculum et labos, quibus nulla pars fructus est. Nisi forte repentina ista frumentaria lege munia vestra pensantur: qua tamen quinis modiis libertatem omnium aestumavere, qui profecto non amplius possunt alimentis carceris. Namque ut illis exiguitate mors prohibetur, senescunt vires: sic neque absolvit cura familiari tam parva res: et ignavissumi quique tenuissima spe frustrantur. Quae tamen quamvis ampla, quoniam servitii pretium ostentaretur, cuius torpedinis erat, decipi, et vestrarum rerum ultro iniuria gratiam debere? namque alio modo, neque valent in universos, neque conabuntur. Cavendus dolus est. Itaque si-

mul comparant delenimenta, et differunt vos in adventum Cn. Pompeii; quem ipsum, ubi pertimuere sublatum in cervices suas, mox demto metu lacerant. Neque eos pudet vindices, uti se ferunt, libertatis, tot viros sine uno, aut remittere iniuriam non audere, aut ius non posse defendere. Mihi quidem satis spectatum est, Pompeium, tantae gloriae adolescentem, malle principem volentibus vobis esse, quam illis dominationis socium; auctoremqne in primis fore tribuniciae potestatis. Verum, Quirites, antea singuli cives in pluribus, non in uno çuncti praesidia habebatis: neque mortalium quisquam dare, aut eripere, talia unus poterat. Itaque verborum satis dictum est: neque enim ignorantia res claudit. Verum occupavit vos nescio quae torpedo, qua non gloria movemini, neque flagitio: cunctaque praesenti ignavia mutastis: abunde libertatem rati, quia tergis abstinetur, et huc ire licet, illuc munera ditium dominorum. Atque haec eadem non sunt agrestibus; sed caeduntur inter potenti-

um inimicitias, donoque dantur in provincias magistratibus. Ita pugnatur, et vincitur paucis: plebes, quodcumque accidit, pro victis est, et in dies magis erit; si quidem maiore cura dominationem illi retinuerint, quam vos repetiveritis libertatem.

Postquam egressus angustias. *Messus.*

Ad Cyzicum perrexit firmatus animi. *Idem.*

Ut sustinere corpora plerique nequeuntes, fessi, arma sua quisque stantes incumberent. *Idem et Servius.*

Ac statim fugitivi, contra praeceptum ducis, rapere ad stuprum virgines, matronasque. *Nonius.*

Quibus a Sertorio triplices insidiae per idoneos saltus positae erant: prima, quae fonte venientes exciperet. *Serv.*

Ingens ipse virium, atque animi. *Arusianus.*

Locum nullum, nisi in quo armati institissent. *Id.*

At Oppius, postquam orans nihil proficiebat, timide veste tectum pugionem expedire conatus, a Cotta Vultioque impeditur. *Nonius. Pugio est brevis gladius.*

Castris collatis, pugna tamen ingenio loci prohibebatur, *Idem.*

Sed Pompeius a prima adolescentia, sermone fautorum, similem fore se credens Alexandro regi, facta consultaque eius quidem aemulus erat. *Non.*

Dubius consilii. *Arusianus.*

Post reditum eorum, quibus Senatus belli Lepidani gratiam fecerat. *Idem.*

Quod ubi frustra tentatum est, secordius ire milites occoepere, non aptis armis, ut in principio, et laxiore agmine. *Nonius.*

Atque cum Curio laudatum, accensumque praemiorum spe, quibuscum optavisset, ire iubet. *Id.*

Eodem tempore Lentulus duplici acie locum editum multo sanguine suorum defendens, postquam ex sarcinis paludamenta ad-

stare, et delectae cohortes intelligi coepere. *Idem.*

Si nihil ante adventum suum inter plebem et patres convenisset, coram se daturum operam. *Priscianus* l. XIV.

Fine inguinum ingrediuntur mare. *Arusianus.*

M. Antonius perdundae pecuniae genitus, vacuusque curis, nisi instantibus. *Idem.*

Muros successerant. *Idem.*

Saxaque ingentia, et axe vinctae trabes per pronum incitabantur, axibusque eminebant in modum *ericii* militaris *veruta* binum pedum. *Non. Serv.*

Octavium mitem, et captum pedibus, *Arus.*

Igitur discubuere Sertorius inferior in medio, super eum L. Fabius Hispaniensis senator ex proscriptis: in summo Antonius, et infra, scriba Sertorii Versius: alter scriba Maecenas in imo, medius inter Tarquitium, et dominum Perpennam. *Non. Servius.*

Quarum unam epistolam forte cum ser-

vo nacti praedatores Valeriani scorpione in castra misere. *Nonius*.

LIB. IV.

HISTORIARUM.

At Cn. Lentulus patriciae gentis, collega eius, cui cognomentum Clodiano fuit, perincertum, stolidior an vanior, legem de pecunia, quam Sulla emtoribus bonorum remiserat. exigenda promulgavit. *Gellius* lib. XVIII.

Omnes, quibus aetas senecto corpore, animus militaris erat. *Priscianus* lib. IX. et X.

Dein lenita iam ira, postero die liberalibus verbis permulcti sunt. *Idem* lib. IX.

Implicitae rates ministeria prohibebant. *Idem ibidem*.

Igitur legiones pridie in monte positas arcessivit. *Idem* lib. X.

Anxius animi, atque incertus. *Arusianus*.

Magnam exorsus orationem. *Idem*.

Impotens, et nimius animi est. *Idem*.

Amisumque assideri sine praeliis audiebat. *Priscianus* l. VIII. *Obsideo et assideo activa sunt; faciunt enim assideor et obsideor.*

Qui quidem mos, uti tabes, in urbem coniectus. *Festus.*

Castella, custodias thesaurorum in deditionem acciperentur. *Serv. Caris.* l. I.

Reliqua cadavera salita. *Diomedes* l. I. cap. IV.

Epistola Regis Mithridatis scripta ad Regem Arsacen.

REX MITHRIDATES REGI ARSACI S.

Omnes, qui secundis rebus suis ad belli societatem orantur, considerare debent, liceatne tum pacem agere: dein quod queritur, satisne pium, tutum, gloriosum, an indecorum sit. Tibi si perpetua pace frui licet; nisi hostes opportuni et sceleratissumi, egregia fama, si Romanos oppresseris, futura est:

neque petere audeam societatem, et frustra mala mea cum tuis bonis misceri sperem. Atqui ea, quae te morari posse videntur, ira in Tigranem recentis belli, et meae res parum prosperae, si vera existumare voles, maxume hortabuntur. Ille enim obnoxius, qualem tu voles societatem, accipiet: mihi fortuna, multis rebus ereptis, usum dedit bene suadendi: et, quod florentibus optabile est, ego non validissimus praebeo exemplum, quo rectius tua componas. Namque Romanis cum nationibus, populis, regibus cunctis, una et ea vetus causa bellandi est, cupido profunda imperii et divitiarum. Qua primum cum rege Macedonum Philippo bellum sumsere; dum a Carthaginiensibus premebantur, amicitiam simulantes ei subvenientem Antiochum concessione Asiae per dolum avertere: ac mox, tracto Philippo, Antiochus omni cis Taurum agro et decem millibus talentorum spoliatus est. Persen deinde, Philippi filium, post multa et varia certamina, apud Samothracas Deos acceptum in fidem, callidi, et reper-

tores perfidiae, quia pacto vitam dederant, insomniis occidere. Eumenem, cuius amicitiam gloriose ostentant, initio prodidere Antiocho, pacis mercedem. Post Attalum, custodem agri captivi, sumtibus et contumeliis ex rege miserrumum servorum effecere: simulatoque impio testamento, filium eius Aristonicum, quia patrium regnum petiverat, hostium more, per triumphum duxere. Asia ab ipsis obsessa est: postremo totam Bithyniam, Nicomede mortuo, diripuere; cum filius Nusa, quam reginam appellaverant, genitus haut dubie esset. Nam quid ego me appellem? quem disiunctum undique regnis et tetrarchiis ab imperio eorum, quia fama erat, divitem, neque serviturum esse, per Nicomedem bello lacessiverunt; sceleris eorum haud ignarum, et ea, quae accidere, testatum antea, Cretenses solos omnium liberos ea tempestate, et regem Ptolemaeum. Atque ego ultus iniurias, Nicomedem Bithynia expuli; Asiamque spolium regis Antiochi recepi, et Graeciae demsi grave servitium. Incepta mea

postremus servorum Archelaus, exercitu prodito, impedivit: illique, quos ignavia aut prava calliditas, uti meis laboribus tuti essent, armis abstinuit, acerbissumas poenas solvunt: Ptolemaeus pretio in dies bellum prolatans; Cretenses impugnati semel iam, neque finem, nisi excidio, habituri. Equidem cum mihi ob ipsorum interna mala, dilata praelia magis, quam pacem datam intelligerem; abnuente Tigrane, qui mea dicta sero probat, te remoto procul, omnibus aliis obnoxiis, rursus tamen bellum cepi: Marcumque Cottam Romanum ducem apud Chalcedona terra fudi: mari exui classe pulcherruma. Apud Cyzicum magno cum exercitu in obsidio moranti frumentum defuit, nullo circum adnitente: simul hiems mari prohibebat. Ita, sine vi hostium regredi coactus in patrium regnum, naufragiis apud Parium, et Heracleam, militum optumos cum classibus amisi. Restituto deinde apud Cabira exercitu, et variis inter me atque Lucullum

praeliis, inopia rursus ambos incessit. Illi suberat regnum Ariobarzanis bello intactum: ego vastis circum omnibus locis, in Armeniam concessi: secutique Romani non me, sed morem suum omnia regna subvertundi, quia multitudinem, artis locis, pugna prohibuere, imprudentiam Tigranis pro victoria ostentant. Nunc quaeso considera, nobis oppressis, utrum firmiorem te ad resistendum, an finem belli futurum putes? scio equidem tibi magnas opes virorum, armorum, et auri esse: et ea re a nobis ad societatem, ab illis ad praedam peteris. Ceterum consilium est Tigranis, regno integro, meis militibus, belli prudentibus, procul ab domo, parvo labore, per nostra corpora bellum conficere: quando neque vincere, neque vinci sine tuo periculo possumus. An ignoras, Romanos, postquam ad occidentem pergentibus finem Oceanus fecit, arma huc convertisse? neque quicquam a principio nisi raptum habere, domum, coniuges, agros,

imperium? convenas olim, sine patria, sine parentibus, pesti conditos orbis terrarum: quibus non humana ulla, neque divina obstant, quin socios, amicos, procul, iuxta sitos, inopes potentesque trahant, excidant; omniaque non serva et maxume regna hostilia ducant. Namque pauci libertatem; pars magna iustos dominos volunt: *nos suspecti* sumus aemuli, et in tempore vindices adfuturi. Tu vero, cui Seleucia maxuma urbium, regnumque Persidis inclutis divitiis est, quid ab illis, nisi dolum in praesens, et postea bellum exspectas? Romani arma in omnes habent, accerruma in eos, quibus victis spolia maxuma sunt; audendo et fallendo, et bella ex bellis serendo, magni facti. Per hunc morem exstinguent omnia; aut occident: quod haud difficile est, si tu Mesopotamia, nos Armenia, circumgredimur exercitum sine frumento, sine auxiliis: fortuna, aut nostris vitiis, adhuc incolumem. Teque illa fama sequetur, auxilio profectum magnis regibus, latrones gentium oppressisse.

Quod uti facias moneo, hortorque; neu malis, pernicie nostra tuam prolatare, quam societate victor fieri.

Curio Vulcanaliorum die ibidem moratus. *Non. de mutata declinatione. Caris.* l. I.

Scalas pares moenium altitudine. *Arusianus.*

Dissidere inter se coepere, neque in medium consultare. *Idem.*

Multisque suspicionibus volentia plebi facturus videbatur. *Nonius, Volentia quae plebs vellet.*

Suspectusque fuit, incertum vero', an per negligentiam, societatem praedarum cum latronibus composuisse. *Idem, Componere, coniungere.*

Collegam minorem, et sui cultorem exspectans. *Arusian.*

Quam maxumis itineribus per regnum Ariobarzanis contendit, ad flumen Euphratem; qua in parte Cappadocia ab Armenia disiungitur. Et quamquam ad id naves codicariae occulto per hiemem fabricatae ade-

rant. *Non. Codicariae naves, quae in flumine usui esse possunt.*

Qui praetergrediebantur equites cataphracti, ferrea omni specie. *Idem.*

Cum interim, lumine etiam tum, incerto, duae Galliae mulieres conventum vitantes ad menstrua solvenda montem ascendunt *Idem.*

Pluteosque rescindit ac munitiones demolitur, locoque summo potitur. *Id. Demoliri est diruere.*

Exercitum dimisit, ut primum Alpes degressus est. *Arusianus.*

Tetrarchas, regesque territos animi firmavit. *Id.*

Simul eos, et cunctos iam inclinatos laxitate loci, plures cohortes, atque omnes, ut in secunda re, pariter acre invadunt. *Nonius.*

Hi locorum perignari, et soliti nectere ex viminibus vasa agrestia, ibi tum, quod inopia scutorum fuerat, ad eam artem se quis-

que in formam parmae equestris armabat. *Nonius, Parma est scutum breve.*]

De pecore coria recens detracta, quasi glutino adolescebant. *Carisius* l. 1. [*Servius.*

Avidior modo properandi factus. *Arusian.*

Consilii aeger. *Idem.*

Reversi postero die, multa, quae properantes deseruerant in castris, nacti, cum se ibi cibo vinoque laeti invitarent. *Nonius, invitare est repleri.*

Atque hiavit humus multa, vasta et profunda. *Id. Hiare, aperire.*

Rursus iumenta nacti ad oppidum ire contendunt. *Nonius.*

Ubi se laniata navigia fundo emergunt. *Arusian.*

Tum vero Bithyni propinquantes iam amnem Tartanium. *Idem.*

Eos qui hoc malum publicum clandestinis consiliis comparaverunt. *Nonius.*

In quîs notissimus quisque; aut malo dependens verberabatur, aut immutilato cor-

pore, improbe patibulo eminens affigebatur. *Idem, patibulum est crux.*

Ad Siciliam vergens faucibus non amplius patet millibus v et xxx. *Messus.*

Clausi lateribus pedem. *Idem.*

Naphthas. *Probus Catholicis.*

LIB. V.

HISTORIARUM.

At Lucullus audito Q. Marcium Regem pro consule per Lycaoniam cum tribus legionibus in Ciliciam tendere. *Priscianus* l. XVIII.

Legiones Valerianae comperto, lege Gabinia Bithyniam et Pontum consuli datam: missos esse. *Idem ibidem.*

Regem aversabatur. *Arusianus.*

Ceteri negotia sequebantur familiaria legatorum, aut tribunorum; et pars sua commeatibus mercatis. *Nonius.*

Et uxori eius frater erat. *Arusianus.*

Saepe celebritatem nominis intellego timentem. *Priscianus* l. XIX.

Video ingentia dona quaesitum ire properantem. *Idem ibidem.*

Nam si Pompeio quid humani evenisset. *Arus.*

Quibus de causis Sullam in victoria dictatorem, equo descendere, sibi uni assurgere de sella, caput aperire solitum. *Non. Arus. Servius.*

FRAGMENTA

INCERTORUM LIBRORUM.

Ne inrumiendi po..... sublicibus cavata...sent. *Festus.*

Cuius duas insulas propinquas inter se, et decem stadium procul a Gadibus sitas, constabat suopte ingenio alimenta mortalibus gignere. *Nonius.*

Serum bellum in angustiis futurum. *Iunius Philarg. ad Georg. Virg.*

Illi tertio mense pervenere in Pontum multo celerius spe Mithridatis. *Arusianus.*

Ergo Senati decreto serviundumne sit. *Donatus* Andr. II. Sc. II.

Pompeius oris improbi, animoque inverecundo. *Suet. de claris Gramm.* cap. XIV.

Simulans sibi alvum purgari. *Isidorus* l. XI. *in voce alvus*, *Servius ad* lib. III. *Aeneidos*.

Fecit ut nunciis confestim lugubribus. *Caris.* l. II.

Communem habitum transgressus. *Priscian.* l. XIV.

Inter arma civilia aequi boni famas petit. *Seneca Epist.* CXIV.

Haud impigre, neque inultus occiditur. *Donatus ad Andr. Terentii.* Act. I. Sc. II.

Festinantibus in summa inopia patribus. *Idem ad Eunuch.* Act. IV. Sc. III.

Hostes oppressi, aut delapsi forent. *Isidorus* l. XVIII.

Exercitum argento fecit. *Seneca Epist.* CXIV.

Togam paludamento mutavit. *Isidorus* l. XIX. *Serv.*

Hiero rex Syracusanorum bellum fecit. *Seneca.*

Ibi triennio frustra trito. *Servius ad* IV. *Aeneid.*

ORATIO C. COTTAE CONSULIS AD POPULUM.

Quirites, multa mihi pericula domi, militiae multa adversa fuere; quorum alia toleravi, partim repuli Deorum auxiliis, et virtute mea: in quîs omnibus, neque animus negotio defuit, neque decretis labos malae, secundaeque res, opes, non ingenium, mihi mutabant. At contra in his miseriis cuncta me cum Fortuna deseruere. Praeterea senectus, per se gravis, curam duplicat; cui misero, acta iam aetate, ne mortem quidem honestam sperare licet. Nam, si parricida vestri sum, et bis genitus hic Deos Penates meos, patriamque, et summum imperium vilia habeo; quis mihi vivo cruciatus satis est, aut quae poena mortuo? cum omnia memorata apud inferos supplicia scelere meo vici. A prima adolescentia in ore vestro privatus,

et in magistratibus egi: qui lingua, qui consilio meo, qui pecunia voluere, usi sunt: neque ego callidam facundiam, neque ingenium, ad malefaciundum exercui: avidissumus privatae gratiae maxumas inimicitias pro republica suscepi: qui victus cum illa simul, cum, egens alienae opis, plura mala exspectarem; vos, Quirites, rursus mihi patriam, Deos Penates, cum ingenti dignitate dedistis. Pro quibus beneficiis vix satis gratus videar, si singulis animam, quam nequeo, concesserim. Nam vita et mors iura naturae sunt: uti sine dedecore cum civibus, fama et fortunis integer, agas, id dono datur atque accipitur. Consules nos fecistis, Quirites, domi bellique impeditissuma Republica. Namque Imperatores Hispaniae stipendium, milites, arma, frumentum poscunt: et id res cogit; quoniam, defectione sociorum, et Sertorii per montes fuga, neque manu certare possunt, neque utilia parare. Exercitus in Asia Ciliciaque ob nimias opes Mithridatis aluntur; Macedonia plena hostium est: nec minus Italiae ma-

rituma, et provinciarum: cum interim vectigalia parva, et bellis incerta, vix partem sumtuum sustinent: ita classe, quae commeatus tuebatur, minore quam ante navigamus. Haec si dolo aut secordia nostra contracta sunt; agite, uti monet ira, supplicium sumite: sin communis fortuna asperior est; quare indigna vobis nobisque et rep. incipitis? Atque ego, cuius aetati mors propior est, non deprecor, si quid ea vobis incommodi demitur, neque mox, ingenio corporis honestius, quam pro vestra salute, finem vitae fecerim. Adsum en C. Cotta consul: facio, quod saepe maiores asperis bellis fecere: voveo, dedoque me pro rep. quam deinde, cui mandetis, circumspicite. Nam talem honorem bonus nemo volet, cum fortunae, et maris, et belli ab aliis acti, ratio reddenda, aut turpiter moriendum sit. Tantummodo in animis habetote, non me ob scelus, aut avaritiam caesum; sed volentem pro maxumis beneficiis animam dono dedisse. Per vos, Quirites, et gloriam maiorum, tolerate ad-

versa, et consulite reip. Multa curâ summo imperio inest, multi ingentes labores: quos nequidquam abnuitis, et pacis opulentiam quaeritis: cum omnes provinciae, regna, maria, terraeque aspera, aut fessa bellis sint.

Germani intectum renonibus corpus tegunt. *Isidorus* l. XIX, 23.

Unde pons in opidum pertinens explicatur. *Arus.*

Et ei voce magna vehementer gratulabantur. *Don.*

Et Marius victus duplicaverat bellum. *Servius.*

Atque eos a tergo incurrerunt. *Rufinianus.*

In hunc modum disseruit. *Priscianus.*

Inde ortus sermo percunctantibus utrimque, *Satin salve, quam grati ducibus suis, quantis familiaribus copiis, agerent? Donatus Ter. Eun. V*, 6, 8.

[Fugam nostris fecere. *Seneca.*]

[Quae audita Panormitanos dedere Romanis fecere. *Idem.*]

Quo cupidius in ore ducis sese quisque bonum, et strenuum ostentantes. *Isidorus*, *Servius*. x.

Ventis per cava terrae citatis, rupti aliquot montes, tumulique sedere. *Isidorus*, *Servius*.

Ubi multi nefande casu super ausi, atque passi. *Priscianus*.

Saguntium. *Carisius.*

Tota autem insula modica, et cultoribus inanis est. *Martianus.*

Immodicus animi. *Arusianus.*

Pugnam illam pro omine belli futuram *Servius.*

Tantum antiquitatis, curaeque maioribus pro Italica gente fuit. *Idem.*

Maxumis ducibus, fortibus strenuisque ministris. *Diomedes*, l. II.

Non repugnantibus modo, sed ne deditis quidem. A. B. C. M. *Donatus.*

In silva Sila fuerunt. *Servius.*

In nuda iniecta corpora. *Diomedes*.

Apollinis filia et Cyrenes. *Probus*.

Ne simplici quidem morte moriebantur. *Servius*.

Cum praedixero positum insulae. *Donatus*.

Cuius adversa voluntate, colloquio militibus permisso, corruptio facta paucorum, et exercitus Sullae datus est. *Idem*.

A Graccho seditiones graves ortae. *Augustinus*.

M. Atilius Palicanus humili loco, Picens, loquax magis, quam facundus. *Quintilianus* l. IV. c. II. *Hieron. adv. Helvid.* et *Gell.* l. IV. c. XV.

Insolens vera accipiundi. *Donatus*.

Quae pecunia ad Hispaniense bellum Metello facta erat. *Phorm.* l. I. *ad* v. 4. (*refer ad* l. II. hist.)

Corubis. *Probus*.

Tharros. *Idem*.

Camisos. *Idem*.

Luces. *Sergius*.

Primum modo Lapidiam ingressus. *Servius.*

Carbo turpi formidine Italiam, atque exercitum deseruit. *Idem.* (*refer ad* l. II. *hist.*)

Quae pacta in conventione non praestitissent. *Don.*

Crebritate fluctuum in Aquilo solet. *Servius.*

Mithridates corpore ingenti perinde armatus. *Quintil.* l. VIII. c. III.

Tyrannumque, et Cinnam appellantes. *Victorinus*, *Servius.*

Nomenque Danubium habet. *Acron.*

Cui nisi pariter obviam iretur. *Donatus.*

Septimium, neque animo, neque lingua satis compotem. *Idem.*

Vulgus amat fieri. *Quintilianus* l. IX. c. III.

Non poeniturum. *Quintilianus* l. c. *pro* non acturum poenitentiam.

Pompeius cum alacribus saltu, cum velocibus cursu, cum validis vecte certabat. Neque enim ille aliter potuisset par esse Ser-

torio, nisi se et milites frequentibus exercitiis praeparavisset ad praelia. *Vegetius* l. I. c. IX. *Ioh. Saresbur.* (refer ad L. II. histor.)

Cicero caninam facundiam, ut Appius inquit, exercuit. *Lactantius.* l. VI, c. XVIII.

Primus Graecorum Achilles. *Servius.*

Cupientissimus legis. *Diomedes.*

Magna gloria tribunus militum in Hispania T. Didio imperante, magno usu bello Marsico, paratu militum, et armorum fuit. Multaque tum ductu eius curata, primo per ignobilitatem, deinde per invidiam scriptorum celata sunt. Cominus faciem suam ostentabat, aliquot adversis cicatricibus, et effosso oculo. Quo ille dehonestamento corporis maxume laetabatur: neque illis anxius, quia reliqua gloriosus retinebat. *Gellius* II. c. XXVII.

Curetes, quia principes intelligendi divina fuerunt, vetustatem uti cetera in maius componentem altores Iovis celebravisse. *Lactantius* l. I. c. XXI.

Italiam coniunctam Siciliae constat fuis-

se: sed medium spatium aut per humilitatem obrutum est aquis, aut propter angustiam scissum. Inde Rhegium nominatum. *Isidorus.*

Pompeius devictis Hispanis tropaea in Pyrenaeis iugis constituit. *Servius.*

Atque edita undique tribus tamen cum muris, et magnis turribus. *Donatus.*

Et in praeliis actu promptus. *Idem.*

Pactione amisso Publico legato. *Idem.*

Ipsum mare Ponticum dulcius quam cetera. *Servius*, *Macrobius*, *Priscianus.*

Equis paria operimenta erant: quae linea ferreis laminis in modum plumae adnexuerant. *Servius.*

Rebus supra votum fluentibus. *Idem.*

Aenum, et Maroneam, et viam militarem. *Idem.*

Impediebant iussa naturam. *Idem.*

Nihil secordia claudebat. *Donatus.*

Ut tanta repente mutatio non sine Deo videretur. *Idem.*

In ore gentibus agens, populo, civitati. *Idem.*

Pressi undique multitudine. *Idem.*

Hunc igitur redarguit Tarquinius. *Idem.*

Dein campi Themyscirii: quos habuere Amazones, a Tanai flumine incertum quamobrem digressae. *Servius.*

Ubi eum tota concione ab exercitu cogit discedere, dicit se eius opera non usurum, eumque ab armis dimittit. *Idem.*

Et Metello procul agente longa spes auxiliorum. *Idem.*

More equestris praelii sumtis tergis atque redditis, et egressi ad faciliores ictus loco cedebant. *Id.*

Castra sine vulnere introitum. *Idem.* Multos tamen ab adolescentia bonos insultavit. *Idem et Donatus.*

Cosa. *Servius.*

Equis atque armis insignibus. *Idem.*

Fessus in Pamphyliam se receperat. *Idem*

Profectus quidam Ligus ad requisita naturae. *Quinctil.*

Apud latera certos collocaverat. *Servius.*

Apertae portae, repleta arva cultoribus. *Idem*.

Hispaniam sibi antiquam patriam esse. *Idem*.

Lyciae, Pisidiaeque agros despectantem. *Idem*.

Sorte ductos fusti necat. *Idem*.

Omnis Italia coacta in angustias scinditur in duo promontoria, Bruttium, et Salentinum. *Idem*.

Italia plana ac mollis. *Idem*.

Qua tempestate ex Ponto vis piscium erupit. *Idem et Scholiastes Iuvenalis*.

Introrsus prima Asiae Bithynia est, multis antea nominibus appellata. Ipsa enim est et maior Phrygia. *Servius*.

Sed Mithridates extrema pueritia regnum ingressus, matre veneno interfecta. *Idem*.

Exercitum vertere. *Idem*.

Creta altior est, qua parte spectat Orientem. *Idem*.

Se regibus devovent, et post eos vitam refutant: adeo illis ingenita est sanctitas regii

nominis. *Idem, et Philargyrius.*

Dum inferior omni via grassaretur. *Iohannes Gramm.*

Narbone consilia Gallorum. *Pompeius in artem Donati.*

Post defectionem sociorum et Latii. *Donatus, Adelph.* III. 4.

Ad Iovis (int. *templum*) mandem nostra. *Id.* IV. 2.

Morbi graves ob inediam insolitâ vescentibus. *Idem ad Hecyr.* III. 2. v. 2.

Atque ea cogentes non coactos, scelestos magis quam miseros distringi. *Idem. Ibidem* IV. 1.

Graviori bello, quo prohibituri venerant socii, frigere. *Idem.* v. 1.

Nam quidem Pyrrho, Hannibali, aequor et terra. *Id. Phorm.* I, 1.

Nam Sullae dominationem audebat. *Id.* II, 3, v. 25.

Neque est offensus dominationem Sullae. *Id. ibid.*

Neu quis miles, neve pro milite. *Servius.*

Ex insolentia avidus malefaciundi. *Idem.*

Tergis vinciebant. *Idem.*

Charybdis quae forte illata naufragia sorbens gurgitibus occultis millia sexaginta Tauromenitana ad litora trahit. *Idem.*

Saguntini, fide atque aerumnis incluti, per mortalium studium maiores quam opibus; quippe quîs etiam tum semiruta moenia, domus intectae, parietesque templorum ambusti manus Punicas ostentabant. *Hieron. in Habacuc.* c. 11.

Apud Corduennos amomum et alii leves odores gignuntur. *Philarg. in* IV. *Georg. Virgill.*

Quem trans stagnum omnis usque ad flumen. *Idem.*

Repente incautos agros invasit. *Idem.*

Belli sane sciens. *Acron.*

Namque omnium ferocissumi ad hoc tempus Achaei atque Tauri sunt, quod, quantum coniicio, locorum egestate rapto vivere coacti. *Glossae Iuvenalis.*

Atque ipse cultus rei. *Acron.*

Triplici fluctu. *Servius Fuldanus.*

Charybdi mare vorticosum. *Idem.*

Sed ubi tempore anni mare classibus patefactum est. *Idem.*

Sane bonus ea tempestate contra pericula et ambitionem. *Idem.*

Simul immanis hominum vis ex locis invasere patentes, cum et pacis modo effusas. *Idem.*

Genua patrum advolvuntur. *Idem.*

Perrexere in Hispaniam et Sardiniam. *Idem.*

Quae mapalia sunt circumiecta civitati, suburbana aedificia. *Id.* (ad l. VI. hist.)

Et onere turrium incertis navibus. *Idem.*

Traditur fugam in longinqua Oceani agitavisse. *Id.* (ad l. VI. hist.)

Ad mutandum modo in melius servitium. *Servius ad I. Aeneïdos.*

Magna vis hominum convenerat agris pulsa aut civitate eiecta. *Idem ibid.*

Cum murum hostium successisset, poenas dederat. *Idem ad Eclogam quintam.*

Quippe vasta Italia rapinis, fuga, caedibus. *Id.*

Hi sunt qui secundum pocula et alias res aureas Diis sacrata instrumenta convivio mereantur. * *Idem ad* VIII. *Aeneidos.*

In secunda festinas cohortes composuerat. *Id ad* IX.

Iam repente visus saevire Taguns. *Id. ad* X.

Exuant armis equisque. *Idem.*

Solas festinare. *Idem.*

Lusitaniae gravem civitatem. *Idem.*

Ex parte cohortium praecipere instructa, et stationes locatae pro castris. *Idem.*

Bellum, quibus posset conditionibus, desineret. *Id.*

In quîs longissimo aevo plura de bonis falsa in deterius composuit. *Idem.*

Cultu corporis ornata egregio. *Idem.*

At Sertorius vacuus hieme augere copias. *Acro. in Horat.*

Sin vis obsistat, ferro quam fame aequius perituros. *Servius.*

Consedit in valle virgulta nemorosaque. *Idem.*

Paululum requietis militibus. *Idem.*

Qui nullo certo exilio vagabantur. *Idem.*

Nubes foedavere lumen. *Idem.*

Sanctus alia. *Idem.*

Geronis. *Idem.*

Quae causa fuerat novandis rebus. *Idem.*

Radicem montis excessit. *Statii interpres.*

Ut res magis quam verba gererentur, liberos parentesque in muris locaverant. *Id.*

Incerta est fortitudo dum pendet. *Idem.*

In quibus plaustra sedes sunt. *Acro ad Horat.*

Luxo pede. *Probus.*

Maurique vanum genus, ut alia Africae, contendebant Antipodas ultra Aethiopiam cultu Persarum iustos et egregios agere. *Priscianus.*

Et Perpennam forte cognoscit mulio redemtoris. *Acro in Horat.*

Omnium fluminum, quae in maria, qua

imperium Romanum est, fluunt, quam Graeci τὴν εἴσω θάλασσαν appellant, maxumum esse Nilum consentitur; proxuma magnitudine esse Histrum scripsit Sallustius. *Gell.* l. x. c. VII.

Ex omnibus quae tractavimus, Aebuti Liberalis, potest videri nihil tam necessarium, aut magis, ait Sallustius, cum cura dicendum quam quod in manibus est. *Seneca Benef.* IV. I.

Turbinum motus vagus est, et disiectus, et uti Sallustii verbis utar, vorticosus; cometarum autem compositus, et certum iter carpens. *Idem Nat. Qu.* VII. 8.

Sallustius, auctor certissimus, asserit, Tigrim et Euphratem uno fonte manare in Armenia, qui per diversa euntes longius dividantur, spatio medio relicto multorum millium; quae tamen terra, quae ab ipsis ambitur, Mesopotamia dicitur. *Idem et Isidor.* XIII. *Vib. Sequest. et Hieron. de loc. Heb.*

Pelorum promontorium Siciliae respiciens aquilonem iuxta Sallustium dictum a

gubernatore Hannibalis illic sepulto, qui fuerat occisus per ignorantiam regis, cum se eius dolo crederet esse deceptum. *Servius et Isidorus.*

Aristaeus, uti Sallustius docet, post laniatum a canibus Actaeonem filium matris instinctu Thebas reliquit, et Ceam insulam tenuit, primo adhuc hominibus vacuam: postea, ea relicta, cum Daedalo in Sardiniam transivit, post delatus est Cumas. *Servius.*

Sallustius duces laudat, qui victoriam incruento exercitu deportarunt. *Idem.* (cf. Iug. c. 92.)

Cares insulani populi fuerunt, piraticam exercentes, famosi, victi a Minoë, uti Sallustius et Thucydides tradunt. *Idem.*

A Troia Capys Campaniam, Helenus Macedoniam, alii Sardiniam, secundum Sallustium tenuerunt. *Idem.*

Dardania a Dardano Iovis et Electrae filio, aut secundum Sallustium, a Mida Dardanorum rege, qui Phrygiam tenuit. *Idem.*

Sallustius Scyllam saxum esse dicit, si-

mile formae celebratae procul visentibus. *Idem.*

In Sicilia est Enceladus, Othus in Creta, secundum Sallustium. *Idem.*

Sallustius ait, Hispanorum morem fuisse, ut in bella euntibus iuvenibus parentum facta memorentur a matribus. *Idem.*

Orion, iuxta Sallustium, oritur iuxta solis aestivi pulsum. *Idem.*

In Flammina est civitas, quae Cale dicitur, et in Gallia hoc nomine, quam Sallustius a Perpenna captam commemorat. *Idem.*

Getae sunt Mysii, quos Sallustius a Lucullo dicit esse superatos. *Idem.*

Troianorum tempore invadendarum terrarum causa fuerat navigatio, uti Sallustius meminit. *Idem.*

Curribus falcatis usos esse antiquos, Livius et Sallustius docent. *Idem.*

Vices significant pugnam, quia per vicissitudinem pugnabatur, ut inquit Sallustius. *Idem.*

Creta medio iacet insula ponto, id est, secundum Sallustium, procul a continenti. *Idem.*

Primo mense veris dicitur novum ver, secundo ver adultum, tertio praeceps: sicut etiam Sallustius dicit ubique, nova aestas, adulta, praeceps. *Idem.*

Sallustius in Historiis tradit, Sertorium victum voluisse fugere ad insulas Fortunatas. *Acron.*

Insulas Fortunatas Sallustius inclutas esse ait Homeri Carminibus. *Servius.*

Proxumum dicebant veteres, non solum adhaerens, et adiunctum, verum etiam longe remotum, si tamen inter duo discreta nihil medium exstitisset. *Virg. Aeneid.* l. v.

Proxumus huic; longo sed proximus intervallo,

Insequitur Salius.

Ita et Sallustius in situ Ponti, de promontoriis Paphlagonum, et quod Κριὲ μέτωπον, appellavit, posuit. *Nonius.*

Interrogasti, si tenes, Maeotici

Situs quis esset aequoris. Sallustium
Neram id dedisse, dicta et eius omnibus
Praeiudicatae auctoritatis ducier,
Non abnuebam. Festus Avienus.

Portus ab Eoo fluctu curvatus in arcum. In arcus similitudinem. Sic de Ponto Sallustius, unde hic tulit colorem. Nam speciem efficit Scythici arcus. *Servius ad* III. *Aeneid.*

---- *Preta lata relucent.*

Lata autem ideo, quia se angustiae Pontici oris illic dilatant, uti dicit Sallustius. *Servius.*

Teia autem est a Teio Anacreontis Poëtae Lyrici oppido, quod in Paphlagonia esse Sallustius indicat, cum de situ Pontico loquitur. *Commend. in Horat.*

Porto Sallustius auctor certissimus asserit, tam Tygris, quam Euphratis in Armenia fontes demonstrari. *Hieron. de locis Heb.*

Cum multi evaserint Troianum periculum, uti Capys, qui campaniam tenuit; ut Helenus, qui ut alii, Sardiniam, secundum Sallustium. *Servius.*

Sallustianus Calpurnius. *Hieronym. ad Ruf.*

Calpurniani discipuli. *Idem ibidem.*

Tamen vulgata iam res est gentilium proprietatum. Comici Phrygas timidos illudunt. Sallustius vanos Mauros, et feroces Dalmatas pulsat. *Tertull. de anima.*

Sarcasmus Chlevasmo proxima est, et similis figura, qua adversariorum facta, cum exacerbatione admissi, lacessimus. Ut apud Sallustium de Sullae crudelitate. Ut in M. Mario cum fracta prius crura per artus expiraret. *Iul. Rufinianus de schematis lexeos.*

Mesopotameni homines effrenatae lubidinis sunt, ut Sallustius meminit in utroque sexu. *Glossae in Iuvenalem.*

Antonius ille trium Antoniorum corruptor, ille Sallustius, qui orae maritimae qua Romanum esset imperium contrarius piratis. Si omnes socios et maxume Graecos, Asiaticos ac Siculos fortunis omnibus spoliaverûnt. *Eaedem Glossae.*

Σαλλȣςιȣ δε θαυμαζω, τοτε πρωτον ωφθαι Ρωμαιοις καμηλȣς, λεγοντος, ει μητε προτερον τȣς μετα Σκιπιωνος νικησαντας Αντιοχον ωετο, μητε τȣς εναγχος προς Ὀρχομενω, και περι χαιρωνειαν Αρχελαω μεμαχημενȣς, εγνωκεναι καμηλον. *Id est*, Sallustium demiror, qui autumat, tum primum visos Romanis Camelos, quod neque olim illos qui duce Scipione Antiochum devicerunt, neque hos qui ad Orchomenum et Chaeroneiam certaverunt cum Archelao, nosse putaverit Camelum. *Plutarchus.*

Σαλλȣςιος μεν ȣν φησι, χαλεπȣς διατεθηναι τȣς ςρατιωτας προς αυτον ευθυς εν αρχη τȣ πολεμȣ προς Κυζικω, καὶ παλιν προς Αμισω δυο χειμωνας εξης εν χαρακι διαγαγειν αναγκασθεντας. *Id est*, At Sallustius quidem fuisse milites iam inde a principio male ait in eum [Lucullum] animatos, quod ad Cyzicum, et iterum ad Amisum duas hiemes eos in castris continuisset. *Idem.*

LECTORI.

Hactenus Fragmenta florentissimi Rerum Romanarum scriptoris, quae extare putamus. Cetera quae sequuntur, in MS. Servio legi auctor est V. Cl. Andreas Schottus: in optima tamen illa Honerati Editione a Petro Daniele IC. procurata non comparent.

* mor Trequii praeter sr ciem necessariam haud multo secus quam ferro noceri poterat. At Varinius, dum haec aguntur a fugitivis, aegra parte militum autumni gravitate, neque ex postrema fuga, cum severo edicto iuberentur, ullis ad signa redeuntibus, et qui reliqui erant per summa flagitia detrectantibus militiam, Quaestorem suum C. Thoranium, ex quo praesente vera facillime noscerent. * * * commiserant, et tamen interim quum volentibus numero quatuor.

* ingre, tante setui debacrittur, nefandum in modum perverso vulnere et interdum lacerum corpus semianimum omittentes, alii

in tecta iaciebant ignes, multique ex loco servi, quos ingenium socios dabat, abdita a dominis, aut ipsos trahebant ex occulto, neque sanctum aut nefandum quicquam fuit irae barbarorum, et servili ingenio: quae Spartacus nequiens prohibere, multis precibus cum oraret, celeritate * * * * nuntios.

Aliquot dies contra morem fiducia augeri nostris coepit, et promi lingua. Qua Varinius contra spectatam rem incaute motus novos incognitosque et aliorum casibus perculsos milites, ducit tamen ad castra fugitivorum. Presso gradu silentes iam, neque tam magnifice sumentes praelium, quam postulaverant. Atque illi certamini conscii inter se iuxta seditionem erant. Crixo et gentis eiusdem Gallis atque Germanis obviam ire et ultro offerre pugnam cupientibus contra Spartacum.

Staatliche Bibliothek

Bayerische StaatsBibliothek

Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

/ Sallustius Crispus, Gaius, / Sallustius Crispus, Gaius,

C. C. Sallustius Sämmtliche Werke

Bd.: 2 (1800)

1800

Bamberg, Staatsbibliothek -- 30.650#2
urn:nbn:de:bvb:12-bsb11413232-0